X. 4 — 12. 4
n — 4

R.39
6/14

IVNIVS RABIRIVS IOANNI à pulchro riuo Præfecto Brageraci S.

PERMAGNI interest discentiũ, Præfectè urbis, linguæ Latinæ fideliter initiari: quippe qui nisi his, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, artibus doctè erudiantur, frustra in cæteris elaborabunt. Hanc plagam pleriq; istic acceperũt: quorum omnis in euoluenda legum sylua opera unam ob causam perierat, quòd emendatè loquendi scientia minimè succincti, &, ut Græci dicunt ἀνίπτοις χερσὶν, rem tantam, ubi uerborum elegantia refulget, aggrederentur. Cuius pestis causa ac origo mihi cuncta rimanti ea uel prima succurrit, quòd dum nescio quas Grammaticæ Claues, Aurea compendia, postremò dictata, quas scripturas illi uocãt, nudè ac frigidè doceant, inculcent ipsi Præceptores uitiosi, ut nusquam magis similes habeant labra lactucas: non fieri potest, ut orationis munditiem sibi comparet puer. Nec enim is rectè quenquam erudiet, cuius sermo uitiosus sit: ut nulla res dat alteri colorem, quem ipsa non habet. Hoc tamen plerique eo (me Deus ita amet) supercilio faciunt, ut se rei Grammaticæ Atlantes iactent, idq; pueris miseris persuadeant: quod etiam unius confessione expreßimus, qui extinctam Grammaticam dicebat se ab Inferis posse reuocare, cui tamen tertio quoque uerbo solœcismi fœditas excidebat. Contrà quisquis fuit πανεράσμιος huius libelli autor, nuda præceptorum traditione omissa, pueri-

tiæ

tiæ formularum illecebris blandiens, illectat ad Latini sermonis elegantiam. Quod opus cùm ciuibus tuis ludens exposuissem, rationemq; cõtexendæ orationis, ut sine ullo errore pueri Latinè loquerentur, demonstrassem, loca autorum, quæ ueluti sua fide interseruit, indicãdo: à me quidam familiariter postulauerunt, ut dictata hæc in apertum proferrem. Quibus diu sum equidem reluctatus, quòd diuini hominis Budæi Romanæ facundiæ diuitias meis uelut per manus compendio traditas antecedente Gallicanæ dictionis lumine, publico committendas prius ducebam. Sed nescio quo fato factum dicam, ijs propitia Lauerna plagiarius quidam me Tolosæ prælegentem spoliarit: quæ iniuria mihi mußitanda fuit. Sed ne uiderer partim meos, partim præceptores (erat enim huic rei grauis & incredibilis parata quædam expectatio) uana spe lactasse, famam eruditionis affectans, ut fidem meam aliqua ex parte liberarem, schedas has sub incudem reuocaui: à quibus ne quẽquam obscuritas reijceret, penè singulas phrases uerbis ad id significandum maximè accommodatis populari lingua reddidi, doctorum usus consilio: quorum æmulari exopto negligentiam potius, quàm quorundam affectatam obscuram diligentiam. Quis enim nescit pueris erudiendis omnia iusto clariora esse oportere? quorum disciplinam formanti deuorandum tædium illud tenuißimas particulas, atq; omnia minuta mansa, ut aiunt nutrices, in os inserendi. Itaq; mihi uitio uerti non debet, si commoda breuitate accedente, uerborum facili enarratione pueros inescandos censui, multa ad firmius ætatis robur reseruans: quibus affixis, uerebar ne laboris molestijs deterriti multi deficerent à musis: quorum nonnullis uel tædij musca animum refringit & eijcit. Quid, quòd Quintiliano inter Grammatici

matici uirtutes est, aliqua nescire? Hos commentarios Roberti Stephani commisi ac mandaui fidei, qui unus maximè omnium occurrebat emendandis restituendisq; literis natus, &, ut ita dixerim, factus sculptusq;. Quare, quod mihi optandum fuit, diuina quadam uirgula contigit, tum typographi in emendandis ijs, quæ mihi nondum refrigerato inuentionis amore excidissent, felix iudicium: tum tui nominis splendor, cui editionem hanc nuncupare uisum fuit: non solum propter tua in me officia, quibus tibi animam debeo: neq; propter illam utriusq; iuris disciplinam pari prudentia coniunctam (cuius commendatione clarissimi principis Lausunei domus consilio tuo innititur: imò in te uno omnium nostratium spes sita est: qua famæ celebritate Christianissimus Galliarum Rex te ista præfectura donauit) uerum quòd amplitudinis tuæ odore tutus liber sine inuidia laudem inueniet, amicosq; parabit. Vale.

Lutetiæ.

M. D. XXIIII.

XIII. *Cal. Martij.*

IOANNES COLETVS DECANVS SANCTI Pauli, Gulielmo Lilio ad diuum Paulum ludi moderatori primario S. D.

HAVD aliter mihi uideor affectus in nouam hanc scholam nostram, Lili charissime, quàm in unicum filium pater: in quem non solùm gaudet uniuersam suam substantiam transfundere: uerùm etiam sua uiscera (si liceat) cupit impartiri. Nam ut huic est parum genuisse, nisi eundem diligenti educatione ad bonam frugem prouexerit: ita meo animo nõ satis est, quòd ludum hunc institui, hoc est, genui, quodq; insumpto patrimonio uniuerso, uiuus etiam ac superstes solidam hæreditatem cessi, nisi modis omnibus dem operam, ut pijs moribus & bonis literis diligenter educatus, ad maturam frugem adolescat. Proinde, Libellum hunc de constructione octo partium orationis ad te mitto, pusillum quidem, sed non pusillum utilitatis allaturum nostræ pubi, si diligenter abs te fuerit traditus. Scis in præceptis breuitatem placere Flacco, cuius sententiam & ipse uehementer approbo. Porrò, siqua præterea erunt digna cognitu, tuarum partium erit, ut incident, in prælegendis autoribus adnotare. BENE VALE. Domi nostræ.

AN. M. D. XXI.

ERASMVS RO-
TERODAMVS CANDI-
dis Lectoribus S. D.

*

IPSA RE *comperio uerum esse quod olim Græcorum prouerbio dictum est, ἔυνοι ἄγαφος δλὲρ ἔχθρας διαφέρει. Video passim exoriri mei nominis & quàm ipse uelim studiosiores, qui Libros mihi asserunt, quos aut nō scripsi, aut certè non in hoc scripsi, ut ederentur. Vetus hic mos studiosorum hominum, ut omneis animi affectus chartis ceu fidis (ut ait Flaccus) sodalibus committant. Neq; protinus euulgari uelimus, quicquid cum amiculo congerrone uel stomachamur, uel nugamur. Ediderunt Epigrammata, à me quidem scripta, non inficior: sed non in hoc scripta, Ea (sicut coniicio) famulus suffuratus, Typographis uendidit. Alius quispiam ex pauculis paginis, iisq; deprauatißimè scriptis, uelut ex opere edito, dictu mirum, quàm multa citet, & inculcet De ratione conscribendarum epistolarum. Et, ut de cæteris minutioribus sileam, nuper hunc περὶ συντάξεως libellum mihi ueluti postliminio uindicarunt, primitus nullius editum titulo. Quærebat Ioannes Coletus, Theologus inter Anglos eximius, nouæ scholæ suæ nouum De constructione Libellum, qui simul & compendio pueris commendaretur, & perspicuitate. Eum huius iussu scripserat Gulielmus Lilius, uir utriusq; literaturæ haud uulgariter peritus, & mirus rectè instituendæ pubis artifex. Absolutum ab illo mihi tradidit,*

imo obtrusit emendandum. Quid enim facerem, cùm uir ille rogandi finem non faceret, tam amicus, ut nefas esse ducerem quicquam negare precanti: tantæ uerò autoritatis, sic de me meritus, ut suo iure quiduis etiam imperare posset Erasmo? *Quoniam autem sic emendaram, ut pleraque mutarim (nam id mihi uidebam esse facilius) nec* Lilius, *ut est nimia quadam modestia præditus, passus est librum suo uulgari nomine: nec ego iudicaui mei candoris esse, usurpare mihi, in quo quicquam esset alienum.* Proinde *magnopere sum interminatus, cuiusuis titulum ascriberent, modò ne meum.* Itaque *recusante utroq;, libellus ἀνώνυμος prodit, Coleti duntaxat præfatiuncula commendatus.* Quem *quidem libellum in præsentia nec laudaturus sum, ne cui uidear arrogantior, nec uituperaturus, ne parum candidus habear.* Verum *hæc* Præfari *uisum est, ne posthac quisquam ut meum amplectatur, quod ipse præfatiuncula mihi non assero.*

Plus satis erratorum & in ijs quæ publicantur à nobis, ut nemo alius edat, quæ uel non scripsimus, uel non emendauimus. Bene *uale lector amice.* Basi*leæ,* III. Calen*das Augusti,*

M. D. XV.

DE CON-
STRVCTIONE VERBI.
NOMINATIVVS CVM VERBO.

OMNE uerbum antecedit nominatiuus agentis, seu patientis, eiusdem numeri & personæ: ut,

Ego doleo. Tu gaudes.
Illi rident. Nos fallimur.

Verbo personali finito nominatiuum præponimus, simili numero & persona.

Ego doleo, *Ie suis marry*: *En nominatiuus* (ego) *uerbo* (doleo) *præfixus, cum eo numeri eiusdem ac personæ. Vtrunq; enim singulare est personæ primæ.*

Sic tu gaudes, Tu es ioyeux.

Illi rident, *Ceux là se mocquent.*

Nos fallimur, On nous trompe: *uel*, Nous nous abusons. *Pronomina enim uim nomnis habẽt: sed emendatè loquentium aures offendit unum hominem multitudinis numero compellandi cõsuetudo: qua sermonis fœditate aliorum auribus pleriq; seruiunt: quod, ut est reprehendẽdum, ita orationis uitium est. Nam tuissandi iniuria apud* Romanos *nulla fit: nisi cum genus significamus, non personam: quale est illud* Nasonis, *Quæ uestra libido est.* Taxat *enim uirorum*

in le lieu, le uerbo personel [illegible]

rum genus:ueluti siquis uni meretrici dicat, Vos estis pernicies adolescentum: non unam notans, sed totum ordinem. Maximè tamen in prima persona ualebit numeri illa libertas. Cicero ad Brut. Populo, inquit, imposuimus, & oratores uisi sumus, cùm de se tãtum loqueretur: quas formulas tropis aßignat Fabius lib. 8. In tertia inuidiæ causa mutauit Terẽtius: cùm ait, ad uxores uentum est, tum fiunt senes. Cùm de uno Chremete diceretur. Porrò quædã specimen solœcismi habent: uitiosa tamen dici non possunt. Cicero pro Rabirio: Fit Senatusconsultum, ut C. Marius, L. Valerius Consules adhiberent Tribunosplebis & Praetores quos eis uideretur. Cæsar: Ad hæc quæ uisum est Cæsar respondit, ubi orationis integritati deest (respõdenda esse) nam hîc durior antiptosis usus, quàm ut Romana puritas ferat. Quò fit, ut in illo Vergilij, Vrbem quam statuo, uestra est, nulla casus permutatio sit: uerum ad constructionis numeros (urbs) desideratur.

Illud non omittendum, agentis nominatiuum dici, qui rei cuipiam operam dare intelligitur: hoc enim agere est: ut ego amo: otiosum me non uides. Patientis uerò nominatiuum interpretamur, cui nolenti uolenti, ribon ribaine, aliquid fit: ut, Tu amaris à me: (Tu) nominatiuus patientis est. Velis enim nolis, me tui capit amor.

Addunt pleriq; affectionem neutram, cùm in aliam personam significatio non transit. Pateo enim aures, inauditum est, dictum autem oportuit, Patefacio aures, Cic. Ita fit, ut his assentatoribus patefaciat aures, Qu'il leur preste l'oreille, Hic multi physicum agentes, suas parteis omittunt magna iuuentutis iactura. Illud deniq; subiungam, quò puer uerborum elegantiam imbibat. Antecedere, præcedere, ad quæ Sequi & apponi referuntur, à doctis usurpari,

pro

pro eo quod est regi. Gaudere autem & Asciscere, & quæ utrinq; locum habent, ne pueris afferant errorem à priori uel à posteriori, pro sententiæ ratione accipient. Neq; doctis displicebit, Ante habet, Post se habet, In datiuum fertur, pro eo quod est regit. Nisi quòd eorum species, regendi uerbum uidetur, quo uerbo & Valla usus est: Regunt, inquit, casus, reguntúrq; à uerbo & participio.

APPENDIX I.

Prima & secunda personæ fermè non explicantur, nisi discretionis, aut Emphasis causa.
Nos accusauimus, Vos damnastis,
Tu audes ista loqui?

Qui Latinè sciunt, uerbis primæ & secundæ personæ pronomen (tu) non addunt. Terentius, Quin omitte me, Laisse moy en paix.

Nisi discretionis causa: ut, Nos accusauimus, Vos damnastis, Nous auons accusé, & uous condamné. Est autem discretio, cum aliquorum studia contraria sunt. Terentius in Phorm. Nunc prior adito tu, ego in insidijs hìc ero succenturiatus, Va deuant, ie seray icy au guet pour te faire secours.

Emphasis uerò causa: ut, Tu audes ista loqui? Cicero Lentulo: Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio. Ego Cicero, qui sum tua causa ab exilio reuocatus, qui tibi animam debeo, Qui suis tenu à toy autant qu'a homme du monde. Est enim Emphasis, ut Quintiliano placet, amplior uirtus, altiorem præbens intellectum, quàm quem uerba

per

per seipsa declarant.

APPENDIX II.

Aliquoties orationis pars, nominatiui uice ponitur: ut,

Dolet mihi, quòd res non cesserint tibi ex sententia.

Oratio est integræ sententiæ explicatio: cuius partem dicimus fragmentum eiusdem, uelut incisum, qui uocum contextus (clausulam imperfectam alij, appellatum alij uocant) sententiam non absoluit. Is nominatiui uice ponitur: ut, Dolet mihi, quòd res non cesserint tibi ex sententia, *Ie suis dolent, que ton affaire n'est uenu ainsi que tu uoulois. Cuius orationis illa pars (quòd res non cesserint tibi ex sententia) nominatiui uice posita est: illi enim parti tanquam nominatiuo respondet uerbum (dolet).*

Quod agis, bene uertat: Prosperè succedat, quod agis: ad hanc formam pertinent, Dieu ueuille, que ce que tu fais, aille bien.

Item à posteriori, nominis partes agit orationis pars, ut in illis bene precandi formulis. Quod agis, bene fortunent Superi. Precor, ut hîc dies tibi candidus illuxerit, Dieu te doint le bon iour. Bona dies, durum quidem uidetur, sicut, Bonus uesper. Illud autē dulcius, Faxit Deus, ut aut placidè dormias, aut feliciter somnies. Precor, ut tibi secūda succedant omnia: Dieu ueuille que tous tes affaires aillēt bien.

Item uerbum infinitum: ut,

Mentiri, non est meum.

Adhæc uerbum infinitum pro nominatino ponitur. Horatius:

ratius: Virtus est uitium fugere, Vertu est fuir uice, hoc est, Virtus est fuga uitiorum: ubi uerbum infinitum pro nomine sequitur. In illo autem Persij præcedit: Velle suum cuiq; est, Chascun ha son uouloir. Mentiri, nõ est meum, Ce n'est pas à moy de mentir. Hîc infinito uerbo usus est pro appellatione: mẽdacium enim meum uult intelligi. Eiusmodi partium mutationem Quintilianus figuris aßignat, libro 9.

APPENDIX III.

Cùm plures nominatiui ad idem uerbum referuntur, ad hunc ferè modum efferuntur:

Pater & Præceptor accersunt te.
Ego & tu sumus in tuto.
Tu & pater estis in periculo.
Ego cæteríq; cognati periclitamur.

in hac lectio[ne] / communi ? figura s[i]l[lepsis] / sit. 2. dua[lia] / singula[ria] / comsi[gnificant] / pluralia

Duo singularia, uinculo intercedente, postulant plurale uerbum: ut, Pater & præceptor accersunt te, Ton pere & le maistre t'appellẽt. Quòd si alterum personæ primæ est, eiusdem uerbũ erit. Si uerò pronomen (tu) personæ tertiæ connectitur, secũdæ personæ uerbũ esto. Optimus testis est Cicero ad Terẽtiã his uerbis, Si tu & Tulliola ualetis, ego & Cicero ualemus, Si toy et Tullia ma fille uous uous portez biẽ, moy & mõ filz Cicero außi nous nous portõs biẽ. ad hunc modum dicimus,

Ego & tu sumus in tuto, Moy & toy sommes en seureté.

Tu & pater estis in periculo, Toy & ton pere estes en danger.

Ego cæteríq; cognati periclitamur, Moy & mes parens

rens de deuers ma mere ſommes en danger.

APPENDIX IIII.

Quæ per ſe multitudinem ſignificant, aliquando numero diſcrepant: ut, Pars abiere.

Quædam, quæ collectiua appellant, numero ſingulari multitudinem ſignificant : & eò plurale uerbum efflagitant. Huius claßis ſunt, populus, gens, turba. Vergilius: Pars in fruſta ſecant, Les uns les diuiſent en pieces. Sic, Pars abière. Vne partie ſen ſont allez : *ubi ad intellectum refertur conſtructio. Quo modo rarò audeat quis loqui, niſi poëta, hiſtoriæ'ue ſcriptor.*

EXCEPTIO I.

Excipies imperſonalia, quæ nullum ante ſe caſum habent.

Tædet, piget, pœnitet, uiuitur, ſtat.

Imperſonalia cùm propriæ cuiuſdam rationis ſint, puta quorum nullum initium inuenias, nullo indigent anteriore caſu. Vergilius:Itur in antiquam ſyluam, On ua.

Terent.in Eun. *Quid agitur?* P. *Statur,* On ſe repoſe.

Plautus in Perſa: *Quid agitur?* T. *Viuitur,* On uit.

Terentius in Eunucho: *Et tædet, & amore ardeo.*

Tædere, Eſtre faſché ou ennuyé.

Pigere, Eſtre repentant, Soy repentir. *Idem pœnitet.*

Quanquam reſtringendæ illius generalitatis gratia, caſum aliquando ante ſe habent, quomodo perſonalium uiciniæ accedunt. Terent. in Eunucho, *Te illud nullo modo facere piguit,* Tu ne te repens nullement de l'auoir fait. *Hic*

(piguit)

(piguit) persona non caret, sed secundam accipit: Cicero Lentulo: Eius orationi ab omnibus uehementer reclamatum est. Tous ont esté contre son dire. Vbi impersonale (reclamatum est) personæ tertiæ seruit.

Horum igitur, quæ paßiuæ uocis sunt, ablatiuū à priori non repudiant, datiuum'ue, thematis casu sequente, nisi ab actiuis ueniant. Nam accusatiuus proprius actiuorum, Impersonalibus nunquam consistit à tergo: ut,

Legitur, On list.

Illud dico nunquam, Legitur Vergilium, paßiuo utens: sed, Legitur Vergilius. Actiuæ uocis syntaxim in suum locum differimus.

Item tanquam impersonalia: ut Lucescit, diescit, noctescit, uesperascit, diluxit, pluit, ningit, grandinat. Quæ exponuntur per uerbum Fit, & Est.

Impersonalibus confinia sunt illa exceptæ actionis uerba appellata: Diluxit, Le poinct du iour uient. Pluit, Il pleut: tum quòd tertiæ demum personæ figura propè dicuntur: tum quòd cognatæ significationis nominatiuus (quod peculiare impersonali uerbo scribit Apollonius cum Prisciano) dißimilatur: ut, Grandinat, scilicet grando, Il gresle.

Diescit, dies, Le iour uient.

Noctescit, nox, La nuict s'approche.

Lucescit, lux, Il fait iour. Quod nationum idioma suadet, reiq; natura. Terent. in Heautont.

Portant quid rerum, CLIN. hei mihi.

Aurum,

Aurum, uestem: & uesperascit: & non nouerunt uiam.

Vesperascit, scilicet uespera, Il deuient tard. Neq; Grammaticorum uulgus per omnia sequimur: qui Deum, uel Naturam, nominatiuum solum fatentur, Theocriti autoritate ducti, his uerbis: Nunc pluit, & clarus nunc Iuppiter æthere surgit. Cùm & alijs nominatiuis gaudeant. Tibullus: Multus ut in terris deplueritq; lapis. Vergilius in Georgic. Tantum pluit ilice glandis. Statius libro octauo Thebaidos: Saxa pluunt. Plinius: Effigies, quæ pluerat, spongiarum ferè similis fuit.

Item hæc, Fieri potest, ut fallar.
Fieri solet, Ferè fit,
Malè fit, Bene fit.
Nã in Bene habet, subauditur res.

Verba quædam faciem impersonalium habent, personalia tamen sunt: ut,

Fieri potest, ut fallar, Il se peult faire, que ie soye trompé ou abusé: cuius orationis illa pars (ut fallar) tanquam nominatiuus subseruit uerbo (potest) quale est illud Terentianum in Andria:

Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, uolo.

Eiusdem rationis sunt, Fieri solet, Il se fait coustumierement.

Ferè fit, Il se fait communement.

Bene fit tibi, On te fait du bien: quod aliquando personale est. Plautus in Captiuis.

Quod bonis bene fit beneficium, Le plaisir qu'on fait à gens de bien. Eiusdem generis est,

Bene

Bene sit: sermo bene precantis apud Persium, cui diuersum Male sit. Terentius in Phorm. Nunquid Geta aliud me uis? G. ut bene sit tibi, Que dieu te conduise. Rien, sinon qu'a dieu. Et in Andria: Alijs, quia desit quod amant, ægrè est, Aux autres il fait mal qu'ilz n'ont quelque amoureuse. In quibus, Linacro autore, bene & ægrè pro nominatiuis nominum posita sunt.

Cuiusmodi partium Enallage non inest orationi illi, Bene habet: in qua subauditur (res). Cicero pro Muræna: Bene habet, iacta sunt fundamenta defensionis. Bene habet: uulgò diceretur, Res bene uadit. Neque (quod Syluius sentit) (habet) impersonale est, quod interim antecedit nominatiuus. Plautus in Epid. Bene hoc habet, Cela ua bien. Terentius in Phorm. Bene habent tibi principia, Ton commencement est bon. Cicero Appio Pulchro: Ea res sic se habet, C'est affaire ua ainsi, Ainsi est il de cest affaire.

EXCEPTIO II.

Verba infinitiui modi pro nominatiuo accusatiuum habent: ut, Gaudeo patrem rectè ualere: id est, Gaudeo quòd pater rectè ualeat.

Infinitiuorum proprius casus accusatiuus est: ut, Gaudeo patrem rectè ualere, Ie suis ioyeux que ton pere fait bonne chere. Sed, ut Cicero loquitur, audeo dicere, Placet mihi legere, pro placet me legere.

Idem de Senectute: Nihil, ait, habeo necesse, de me ipso dicere mihi.

VTRINQVE NOMINATIVVS.

Quædam utrinque nominandi casum asciscunt: ut,
Deus est summum bonum.
Hic nummus uidetur adulterinus.
Aristoteles habetur doctissimus.
Perpusilli uocantur nani.
Studes pronus, Dormis supinus.
Incedis rectus.

Verbum substantiuum & præcedit, & sequitur nominatiuus: ut, Deus est summum bonum, Dieu est la souueraine bonté.

Post uerò duos nominatiuos, proximiori respondet. Terentius: Amantium iræ, amoris redintegratio est, Le courroux entre amoureux, est augmentation d'amour.

Huc pertinent uerba passiua, quæ ad iudicium referuntur. Sallustius: Virtus clara, æternaq; habetur.

Hic nummus uidetur adulterinus, Ceste monnoye semble estre fause.

Aristoteles habetur doctißimus, Aristote est reputé fort saige.

Eiusdem claßis sunt, quæ uocatiua appellamus: uocor, dicor, nuncupor & appellor. Cicero in Lælio: Ex qua una uirtute uiri boni appellantur.

Idem in Catone maiore: Vt sunt, sic etiam appellantur senes. Perpusilli uocantur nani, Les petis hommes, on les appe

appelle nains. Apollinaris apud Gellium libro 20. Nanos, Græca uoce, appellari dicit, breui atque humili corpore homines.

His connumerantur, quæ finitimæ sunt significationis. Cicero Offic. 2. Alio libro dictũ est, qui inscribitur Lælius. Ne dixeris intitulatur. Horatius in Arte: Cur ego, si nequeo ignoroq́;, poëta salutor? Et cognominor, agnominor.

Item uerba gestuum, eandem syntaxim habent. Cicero in Catone: Venio in Senatum frequens, Ie uiens souuent au palais. Terentius in Andria: Redeo inde iratus, atq; ægrè ferens, Mal content.

Studes pronus, Tu estudies penché sur le deuãt. Pronus es, cùm terram spectas, cui contraria supini uox: ut Dormis supinus, Tu dors sur ton dos.

Incedis rectus, Tu marches droict. Rectus pro rectè, hic nomine commutatur aduerbium.

INFINITVM VARIANS.

Infinitum quocq; utrincq; nominatiuum habet, accedentibus uerbis optandi: ut,

Petrus studet uideri diues.

Malim esse diues, quàm haberi.

Quorũ finita utrinq; nominatiuum habent, infinita itidem à posteriori casum asciscunt similem præcedenti: ut, Petrus studet uideri diues, Pierre mect peine à apparoir riche: Quintilianus in secũdo: Ita si Rhetorice uocari debet sermo quicunq;, fuisse eam antè, quàm esset ars, confitebor.

Idem libro 7. Quo in genere, semper prior debet esse defensio.

Malim esse diues, quàm haberi, I'aymeroye mieux de fait estre riche, qu'en auoir le bruit seulement.

At quoties accusatiuus antecessit, & sequatur necesse est: ut,

Malim me diuitẽ esse, quàm haberi.

Cicero Offici. secundo: *Gratum se uideri studet.*

Quintilianus primo: *Natura perfectum oratorem esse non prohibet.*

Terentius in Phorm. *Saluum te aduenire gaudeo, Ie suis bien ayse que tu es uenu sain & sauue.*

Quædã uariјs modis efferunt: ut,

Non licet Athenis esse probos.

Et, Non licet esse probis.

Et, Tutumq́ putauit,

Iam bonus esse socer.

Non uacat esse ægrotum.

Non uacat esse ægroto.

Non uacat esse ægrotus.

Quãquam postremũ hoc rarius est.

Variat infinitiui (esse) syntaxis cum uerbis, quæ datiuo gaudent; idq; fit trifariam. Cicero pro Flac. *Liceat ijs, qui hæc salua esse uoluerunt, ipsis esse saluis.*

Idem pro Cornelio Balbo: *Quòd si cui* Romano *liceat esse Gaditanum.* A' *datiuo ad accusatiuum factus est transitus. Desideratur interim casus præcedens.*

Idem Ad Attic. lib. 10. *In Italia autem nos sedentes quid erimus?*

erimus? nam medios esse iam non licebit. Et pro Quintio: *Ne,ut par quidem sit postulat:inferiorem esse patitur.*

Illud genus loquendi nonnunquam reperimus, Licet *esse ægrotus*, Non uacat *esse ægrotus*: ut apud Lucanum *in decimo*,

—Tutumq; putauit
Iam bonus esse socer.

*Alius dixisset, Iam socerum esse bonum. Postremum puer non imitabitur:igitur tutò bifariam efferet:*Non uacat *esse ægroto*, Non uacat *esse ægrotum*,On n'ha pas loysir d'estre malade. *In illo autem non reciperetur*,Non uacat *esse ægrotus.*

GENITIVVS POST VERBVM.

Sum, genitiuum postulat, quoties significat possessionem: ut,

Hæc uestis est patris.

Hæc uestis est patris: Ceste robe est à mon pere.*Cicero in Lælio:Sed doctorum ista est consuetudo*, C'est la coustume des gens sçauans.

Aut ad aliquid pertinere: ut,

Regum est, tueri leges.
Prudentis est, multa dissimulare.
Non est nostræ factionis.
Non est mearum uirium.
Non est huius loci atque temporis.

Regum est,tueri leges. Il appartient aux Roys, de de-

fendre les loix.

Quintilianus libro 12. Quatuor autem iudicia, ut moris est, congerentur, Selon la coustume.

Prudentis est, multa dißimulare, C'est à un homme faige, de dißimuler en beaucoup de cas.

Non est nostræ factionis. Il n'est pas de nostre bande.

Non est mearum uirium, Il n'est pas en ma puissance.

Non est huius loci, atq; temporis. Ce n'est pas le lieu ny l'opportunité.

APPENDIX.

Item hæc duo impersonalia, interest & refert.

Non tam interest Regis, quàm totius Reipublicæ. Refert omniũ, animaduerti in malos.

Interest & Refert, cùm significant ad aliquid pertinere, etiam genitiuum ascißcunt.

Nõ tam interest Regis, quàm totius Reipublicæ, Ce nest pas tant à faire au Roy, qu'a toute la chose publicque.

Refert omnium, animaduerti in malos, C'est le profit de tous, que les mauuais soyent puniz.

Plinius Referre exẽpli dixit, pro eo quod durè dicitur. Est materia consequentiæ, ut uult Budæus in Pandectas.

EXCEPTIO.

Hos tamen ablatiuos postulant,
Mea, tua, Sua, Nostra, Vestra.
Minus interest mea, quàm tua.
Nostra nihil refert.

Interest & Refert refugiunt genitiuos, mei, tui, sui, nostri, & uestri: quorum loco, ablatiuos postulant mea, tua, sua, nostra, & uestra. acusativo

Cicero pro Plancio: Siquid mea minus interest, id te fortè magis delectat,

Minus interest mea, quàm tua, Ce touche plus à toy qu'a moy.

Nostra nihil refert, Ce ne nous touche en rien, il ne nous en chault point.

Ita Cuia interest, & Cuia refert. Cicero pro Muræna: Ea cædes potißimum crimini datur, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit.

(Est) autē, meum, tuum, suum, nostrum, & uestrū, possesiua, genere neutrali habet. Cicero pro L. Cornelio: Neq; enim meū est, cōtra autoritatē Senatus dicere, Ce n'est pas a moy, de parler cōtre lautorité de Meßieurs de parlemēt.

Quibus interdum adiunguntur & hi genitiui,

Vnius, Ipsius, Solius.

Non tua unius refert, sed nostra omnium.

Tua ipsius refert. Tua solius interest. Et genitiui participiorum.

Mea refert de uita periclitantis.

Quorūdam adiectiuorum genitiui cum possesiuis pronominibus coniunguntur, quales sunt, unius, ipsius, solius: qua lege Latinum erit, Non tua unius refert, sed nostra

 omnium

omnium, Ce n'appertient pas à toy seul, mais à tous nous autres. Et, Tua solius interest, Cela touche à toy seulement. Et genitiuis participiorum locus est: Mea refert de uita periclitantis, Ce me touche, à moy qui suys en danger de la uie. Quod leuiter attingo, cum fusius, tum felicius suo loco tractaturus.

APPENDIX.

Adduntur & hi genitiui, Tanti, Quanti, Quanticunque, Tantidem. Nam cætera huiusmodi adduntur per aduerbium:
Magni tua refert.
Minus mea refert, quàm tua.
Maximopere refert. Nihil interest.
Plurimùm refert.

Tanti & quanti, magni & parui, quanticunq; & tantidem, sola in genitiuo geminis uerbis (Interest) *&* (Refert) *adhærent. Cicero, Permagni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit, C'est un cas d'importance.*

Idem Tironi, Quanquam magni ad honorem nostrum interest, quamprimum ad urbem me uenire, Cela touche beaucoup nostre honneur.

Parui mea refert, Cela n'est pas un liard à ma part.

Cætera autem uel aduerbialiter, uel in uoce nominatiui, siue accusatiui, poni gaudent.

Minus mea refert, quàm tua, Cela ne m'est pas tant qu'a toy.

Valer

Valerius, Nihil intereſt, an humi, an in ſublimi putreſcam, C'eſt tout un.

Plurimũ refert, Maximopere refert, Ce eſt d'importãce.

AESTIMANDI.

Verba æſtimandi genitiuis gaudent: ut,

Parui ducitur probitas.

Plurimi fit pecunia.

Tanti eris aliis, quanti tibi fueris.

Maximi penditur nobilitas.

Nihili uel pro nihilo penditur.

Nihili uel pro nihilo habent literæ.

Pauci genitiui ſunt, qui poſt uerba æſtimandi locum habent, eos in numerato habere poteris ex exemplis quæ ſubijciuntur: ut,

Parui ducitur probitas, On ne fait pas grand compte d'un homme de bien.

Cicero 3. epiſt. Demonſtraui me à te plurimi fieri, I'ay monſtré que i'eſtois fort priſé de toy.

Plurimi fit pecunia, Il n'y ha que pour gens qui ont argent.

Cicero Tironi, Quantam diligentiam in ualetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. Tanti eris alijs, quanti tibi fueris, Lon te priſera autant, que toy meſme te priſeras. (Eſt) autem aliquando ſignificat æſtimare. Terent. Quanti eſt ſapere!

Maximi penditur nobilitas, Nobleſſe eſt beaucoup priſée.

ſce. Pendere, *æſtimare dicit.* Tractum *ab antiquis, qui penſo, non numerato ære, utebantur.*

Cic. pro Marcello, *Omnis uoluptas præterita pro nihilo eſt habēda,* De tout plaiſir prins il n'en fault tenir compte.

Idem Offic. 2. *Quæ quidem contemnere & pro nihilo ducere.*

Nihili, uel pro nihilo habentur literæ, On ne tient compte de ſcience.

Hoc pluris te habeo quòd doctus es, Ie te priſe d'aduantaige, de ce que tu es docte. *Nam genitiui pluris, maioris, minimi, maximi, multi, huc pertinent.*

Præceptores meos ſemper feci plurimi, Iay touſiours tenu grand compte de mes Maiſtres.

Nauci, flocci, pili, huius nō facio.
Aſsis non facio.
Teruncij non facio.

Præterea Hyperbolæ illæ prouerbiales huius claſsis ſunt

Nauci non facio. Ie n'eſtime pas un feſtu. *Plautus, Nauci non erit. Eſt (Nauci) nucis putamen, aut illa membranula, quæ uiſitur in medio nucis iuglandis interſita.*

Idem, Minas iſtas flocci non facio, Ie ne priſe pas beaucoup tes menaces.

Catullus: Non faciūt pili cohortem: id eſt, ne tantuli quidem. Pilus enim, & floccus, particula lanæ inutilis à uellere diuulſa, ulitatis prouerbio ſeruiunt.

Ad hanc formam dixit Terentius in Adelph. Huius non facio: δεικτικῶς*, oſtenſo pilo aut flocco.*

Tantum ualet illud Catulli, Vnius æſtimemus aſsis, N'en tenons compte. *Nam aſsis ſiue as, nummulus,* Quatre deniers, *in uſitatis prouerbium uerſus eſt. Quomodo Terūcius*

cius eius quarta pars, un denier. *Plautus in Captiui duo,*
Neq; ridiculos iam terunci faciunt. Idem,
Si nunc me suspendam, meam operam luserim:
Et præter operam, restim sumpti fecerim.

Aestimo etiam genitiuo gaudet. Cice. pro Cluētio: Omni contentione pugnatum est, ut lis hæc capitis æstimaretur: id est, ut criminaliter intenderetur: & ut uulgò loquimur, capitalis conclusio conciperetur, ut docet Budæus in posterioribus annotationibus.

Liuius, Anquirere capitis in eadem re dixit.

Potest & hoc sermonis genus in uerborum damnandi classes distribui. Nam tanti litem æstimare, est tanti damnare, quanti actoris interest, Taxer les despens.

Cicero in Verrem, Act. 4. Consulari homini sestertiûm XVIII. *millibus lis æstimata sit. Idem dixit, Gloriosa sapientia magno æstimanda est. Hoc dico: quòd multi abhorreant à formula quæ in usu est, Magno æstimo, pro magni æstimo.*

Singulare est illud, Aequi boni cõsulo: id est, in bonã accipio partẽ.

Doctis blanditur formula illa, Aequi boni consulere, Interpreter & prendre en bon sens. *Quintilianus libro primo, Sit'ne consul à consulendo, an iudicando: nam & hoc consulere Veteres uocauerunt, unde adhuc remanet illud, Rogat boni consulas: id est, bonum iudices.*

Eôdem accedit, Aequi boni facio. Cicero ad Atticum libro 7. Tranquillißimus animus meus, qui totum illud æqui boni facit.

Et cùm copula, Terentius, Cæterum equidem isthuc Chreme, æqui boniq; facio.

VEN

VENDENDI.

Vẽdo, Reuẽdo, Addico, Diſtraho, Diuendo, Venũdo, Veneo, Proſto, Aeſtimo, Indico, Inſcribo, Liceor, Licitor, Licere, Loco, Conduco, Emo, Coẽmo, Redimo, Mercor, commercor, Conſtat, Valet,

Hæc uerba hos duntaxat genitiuos exigunt, Tanti, quanti, tantidem, quantiuis, quantilibet, quanticunque, pluris, & minoris, ſi non addantur ſubſtantiua.

Nam cætera pretij uocabula, uel in ablatiuo, uel per aduerbium apponuntur: ut,

Minoris reuendes, quàm emeris.

Pluris conducis, quàm emi poterat.

Quanticunque locabis, præſtiterat uendidiſſe.

Hodie boues pluris licebant, quàm homines.

Miror tãtas ædes tam paruo inſcriptas. Paulo, Magno, Nimio, Minimo, Plurimo, Vili.

Duplo, Dimidio reuendes.

Aſſe emi.

Tantidem tibi ſum traditurus.

Teruntio ſeu uitioſa nuce non emerim.

Nihilo conſtat.

Percarè locauit equum.

Carius emitur oleum, quàm uinũ.

Cariſsimè conſtat, quod precibus emptum eſt.

Gratis locat ædes.

At magno paſcit.

Verbis emendi, ac uendendi, alijsq; cõſimili ſignificatu apponuntur hi genitiui, tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, quantiuis, quantilibet, quanticunq;: at ita, ſi ſubſtantiua non apponantur: tunc enim ablatiuo commutantur. Quòd ſi ſubſtantiuum certi pretij adſit, pones in ablatiuo, Si adiectiuum ſubſtantiuè poſitum, ablatiui incidit uſus. Niſi per aduerbia, peius, carius, melius, uilius, loqui malis.

Minoris reuendes, quàm emeris, Tu n'en auras pas ce qu'il t'ha couſté.

Pluris conducis, quàm emi poterat, Tu l'has loué plus cher

cher, qu'elle ne fust uendue.

Locat domum suam mina, Il loue sa maison dix escuz. Nam locare domini est, Donner à louaige. Conducere uerò inquilini, Prendre à louaige.

Suetonius, Amplißima prædia nummo addicit, Il les ha laissez pour un rien. Addicere certo nummo, est uelut gratis donare : cuius uocis propria significatio est, populari lingua deliberare.

Tãtidẽ sum tibi traditurus, Ie le te laisseray pour ce pris.

Non tamen dicimus, quanti pretij : sed quanto pretio, & maiore pretio, minore pretio.

Horatius, Eritq; tuus nummorum millibus octo. Nummus, Vn carolus: quanti sestertius ualuit.

Idem. Quanti emptæ? paruo. Quanti ergo? octußibus. Octußis ualuit aßibus octo, Deux soulz & neuf deniers.

Singularis est illa formula Plauti in Milite, Vitam tuam uitiosa nuce non emam, Ie ne donneroye pas de ta uie une noix pourrie.

Asse emi, Ie l'ay acheté quatre deniers. Denario, Trois soulz & six, tantum ualet drachma.

Emi obolo, Sept deniers.

Quanti indicas? Quanti inscribis scarum? Dic quanti taxas? Ferè idem ualent, A quel pris metz tu ceste sardine? Budæus in Comment. Græcæ linguæ, τιμᾶσθαι, inquit, uendentis est : quod Latinè indicare dicitur. sicut Liceri, ementis, Liceri, Marchander.

Quanti liceris: Combien en uoulez uous donner.

Licitatus sum uectigalia xx. francis, I'ay mis enchere de xx. francz au peage.

Hodie boues pluris licebant, quàm homines, Auiourdhuy les beufz estoyent plus prisez, que les hommes.

Licere

Licere, paßiuæ affectionis, Estre mis à pris.

Terentius, Inscripsi ilico ædes mercede, Incontinent i'ay mis ma maison en uente. Est autem inscribere, rem uenalem scripto proponere.

Sic dicimus, Paruo, uili: pro Bono foro, Barbaris relinquentes. Minimo, A grand marché.

Magno constat, Il couste bien cher.

Plaut. Nimio emptæ tibi uidentur, Trop cher.

Sic plurimo, duplo, Au double. Dimidio, La moytié.

Per aduerbia autem sic loquimur:

Carius emitur oleum, quàm uinum, Plus cher.

Cicero pro domo sua, Emit domum litigatoribus defatigatis, propè dimidio carius, quàm æstimabatur, La moytié plus cher.

Percarè locauit equum, Il ha loué son cheual bien cher.

Tullianæ puritatis est, Charißimè constat quod precibus emptum est, Les prieres ualent bien largent.

Gratis locat ædes. Gratis, Pour rien, sans rien.

Pro nihilo, hic tolerabile nõ esset. Quintilianus libro duodecimo, Gratis'ne ei semper agendum sit tractari potest, Terentius in Phorm. Et meam ductes gratis.

APPENDIX.

Quin & quibuslibet uerbis, pretij nomen aut aduerbium apponitur ad hanc formam: Magno pransi sumus, pluris cœnaturi.

Non minoris docet, quàm talento.

Hic magno etiam tacet.

Nimio, minimo, paulo uiuitur Lōdini, Carè bibit.
Sed carius cacat Bassus.
Nec salutat gratis.

Omne uerborū genus, tametsi natura non significat emptionem, pretij uocabula, neq; dissimili forma sibi subijcit.

Lutetiæ dormimus liardo, A' *Paris nous payons un liard pour giste.*

Quanti pransi estis? Combien *auez uous esté d'escot à disner?*

Magno pransi sumus, pluris cœnaturi, Nous *auons eu cher escot à disner & aurons plus cher à souper.*

Quanti docetur Brageraci? *paruo*, A' *bon marché.*

Quanti ergo? sex sestertijs, Pour *cinq soulz.*

Plinius, Neminem *minoris docuit talento*, Il *n'ha aprins homme à moins de six cents escuz.* Tanti *enim talentum ualuit, quæ maxima pecuniæ summa apud Atticos fuit.*

Idem, Tanti *perire potuisti.*

Iuuenalis, *Chrysogonus quanti doceat, uel* Pollio *quanti?*

Magno *pleriq; amant : sit illis faustum, nolim ego amare tanti.*

Hic magno etiam tacet, Il *est bien payé de ne dire mot.*

De Demosthene, *qui pluris siluit, quàm alij loquebantur.*

Non *minoris teruncio me traiecit*, Non *pas à moins d'un denier.*

Nuntius *fert literas carolino*, Pour *un carolus.*

Minimo *uiuitur* Lutetiæ, A' *paris fait bon uiure.*

Martialis:

Ventris onus misero (nec te pudet) excipis auro.

Basse

Basse, bibis uitro: cariùs ergo cacas.

Nũc gratis salutamus, Pour rien nous disons le bõ iour.

At ueteres sportula salutabant, Les anciens auoyent dix carolus & six pour dire le bon iour.

Asse sitis expletur Lutetiæ, On boit à Paris son soul pour quatre deniers.

Terent. in Hecyra, *Quàm minimo pretio suam uoluptatem explent.* Non sum ego potitus auro.

ACCVSANDI.

Verba accusandi, damnandi, absoluendi, & consimilia, genitiuum asciscunt, qui crimen significet: ut

Accersitus est capitis.

Detulit fratrem læsæ maiestatis.

Postulatus est repetundarum, siue de repetundis.

Accusauit malè gestæ rei, malè obitæ legationis.

Egit cum nouerca iniuriarum:

Condemnatus est peculatus.

Reum egit parricidij.

Damnauit incestus.

Hic furti se alligat.

Criminatus est adulterij, cùm plagij

teneretur.

Arguit te mendaciȷ́,

Reuicit periuriȷ́.

Incusat negligentiæ.

Appellatus est ueneficiȷ́.

Insimulas herum auaritiæ.

Sugillas parsimoniæ.

Notas libidinis, seu de libidine.

Infamas inscitiæ.

Traducis luxuriæ.

Suspectum habes perfidiæ, siue de perfidia.

Taxas ambitionis.

Calumniaris maleficiȷ́.

Admonuit me errati,

Commonuit te promissi.

Accersitus est capitis, Il est accusé d'un cas criminel.

Sallustius in Iugurtha, Quos pecuniæ captæ arcessebãt, Ilz les accusoyent d'auoir prins l'argent.

Cornelius Tacitus, Maiestatis delatus est, Il ha esté accusé d'auoir offensé la maiesté.

Suetonius in Cæsare, Cæterum Cornelium Dolabellam consularem & triumphalem repetundarum postulabant: Ilz l'accusoyent d'auoir pillé & mangé son peuple, c'est à dire,

dire,ceux qu'il auoit en ſa garde,& charge.

Accuſauit malè geſtæ rei, *Il l'ha accusé d'auoir mal fait la choſe.*

Accuſauit malè obitæ legationis.

Egit cum nouerca iniuriarum, *Il ha fait adiourner ſa maratre en matiere d'iniures.*

Cicero, Egit is, cui manus præciſa eſt, iniuriarũ, *Celuy à qui on ha coupé la main, l'ha mis en proces en cas d'iniures.*

Cicero, Sceleris cõdemnat generum ſuum, *Il condemne ſon gendre de crime.*

Condemnatus eſt peculatus, *Il ha eſté condemné de larrecin du bien public, ou du reuenu du ſeigneur.* Eſt autem peculatus, pecuniæ publicæ, aut principis furtum.

Reũ egit, q accuſauit. Peregit autẽ qui cõuicit facinoris: ut,

Reum egit parricidij, *Il l'ha accusé d'auoir tué ſon compaignon.*

Damnauit inceſtus. Inceſtus cum ſanguine coniunctis, aut cum ſanctimonialibus fit.

Terentius in Eunucho, Hic ſe furti alligat, *Il ſe charge luymeſme du larrecin.*

Cùm plagij teneretur. *Quand il eſtoit ſurprins de ce crime* plagium: cuius tenetur, qui liberum aut emit, aut uendit, aut qui ſeruos alienos ſurripit.

Plautus, Mendacij te teneo, *Ie te ſurprens de menſonge.*

Arguit te mendacij, idem ualet.

Arguit te ſolœciſmi, *Il t'accuſe d'incongruité.* Vnde ſolœciſta, quem non bene congruum dicimus.

Reuincam te periurij, *Ie te cõuaincray de faux iuremẽt.*

Incuſat negligentiæ, *Il l'accuſe de negligence.* Plautus.

Qui alterum incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet. *Qui accuſe un autre de deshonneur, ſe doibt bien regarder.*

Eiusdem formæ est, Appellatus est ueneficij, Dempoisonnement. Appellare dicimus, in ius uocare.

Terentianum est in Phormione, Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies, Si tu metz à sus à mon maistre qu'il est auaricieux, on te dira quelque mal.

Nam insimulare, est crimen ingerere.

Sugillas parsimoniæ, Tu l'accuses d'estre chiche.

Cicero Boni ciues nulla ignominia notati, Les bons citoyens ne sont accusez d'aucune meschanceté. Gellius lib. 4. Notabitur (ait) impolitiæ.

Infamas inscitiæ, Tu le diffames de dire qu'il ne scait riẽ.

Traducis luxuriæ, Tu le deshonnores de sa sumptuosité, de ce qu'il en fait trop. Traducere (scripsit Budæus) est ludibrio habere: lingua uulgi appellant facere chariuariũ. Faire la chariuary: Luxuria autem est immoderatus rerum usus, sordibus dißimilis: inter quæ media est mũdities.

Suspectum habes perfidiæ, siue de perfidia. Tu le tiens pour suspect de desloyauté. Cicero Curioni, Quanquã me nomine negligẽtiæ suspectũ tibi esse doleo. Plinius de uiris illustribus, Claudia uirgo Vestalis falsò incestu suspecta.

Quintilianus libro sexto, In utroq; parricidij peccas. Tu es homicide d'un costé & d'autre.

Calumniaris maleficij, Tu l'accuses faulsement d'auoir fait le mal. Id enim significat calumniari, falsò scilicet crimina intendere.

Cicero ad Herennium: Iudex absoluit iniuriarum illum, Le iuge l'ha relasché des iniures.

Quintilianus libro primo, Grammaticos sui officij cõmonemus, Nous aduertissons les Grimaux de ce qu'ilz doibuent faire.

Cõmonefacito illũ promißi, Aduertiz le de sa promesse.

Admo

Admonuit me errati, Il m'ha aduisé de ma faute.

Obuiæ sunt & illæ formulæ: Cicero Offic. 2. *Ne quem unquam innocentem iudicio capitis accerſas*: Idem, *Accuſas inertiam adoleſcentium.* Idem, *Putaui ea de re te eſſe admonendum.*

SINGVLARE EST.

Expoſtulauit mecum de non miſsis ad ſe literis.

Erudita oratio, *Expoſtulauit mecum de non miſsis ad ſe literis. Il s'eſt complaint à moy de ce que ie ne luy ay eſcript.* Terent. in Andria, *Sed quid agam? adeam'ne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem?*

APPENDIX.

Si non fuerit proprium criminis nomen, apponitur ablatiuus, addita ferè præpoſitione,

Vtrùm ambitus accuſas, an ſacrilegij, an utroque, ſiue de utroque? ſi li a crimine

De plurimis ſimul accuſaris.

Cum his uerbis, alter, uter, uterq;, ambo in ablatiuo dũtaxat locum habent.

Vtrum ambitus accuſas, an ſacrilegij, an utroq;, ſiue de utroq;? L'accuſes tu de ſimonie, ou de ſacrilege, ou de tous deux? Reſponde, Neutro, *Ne de l'un, ne de l'autre.* Altero, *De l'un ſeulement*, Non autem neutrius, aut alterius, ſi emendatè loqui uelis.

De plurimis ſimul accuſaris.

Gellius, Quæ Timarchũ de pudicitia grauiter insigniterq́; accusaret. Cicero Ad Attic. De coronatis cum sororis tuæ filius à patre accusatus esset, rescripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse luctus gratia.

MISERET, ET CAETERA.

Miseret, miserescit me tui.
Piget te laboris. Multos uitę tædet.
Non te pudet uanitatis?
Nostri nosmet pœnitet.

Hæc quinq; uerba genitiuo cum accusatiuo gaudent. Terent. in Eunuch. Miseret me tui, I'ay pitié de toy.

Piget te laboris, Tu te repens de trauailler, Tu es paresseux.

Plautus in Casina: Tædet sermonis tui scilicet me, Ie me fasche de ton parler.

Terentius in Phormione: Non te pudet uanitatis? N'as tu point de honte de mentir?

Ibidem: Nostri nosmet pœnitet, Il nous semble aduis que ce que nous auons, n'est rien, Nous ne nous contentons pas de ce que nous auons.

Hæc genitiuum habent cum accusatiuo, nisi dicamus,
Puditum est consilij.
Misertum est uirginis.
Pertæsum est coniugij.

Præteriti periphrasis solum genitiuũ sibi subijcit. Vergilius

gilius Aeneid.4. Si non pertæsum thalami, tedæq; fuisset, Hîc traditur *frequentior loquendi usus.* Nam Cornelius Nepos, *Nusquam, inquit, suscepti operis eum pertæsum est.* Plautus : *Nam nunc eum uidi miserum, & me eius misertum est, i'ay eu compassion de luy.*

APPENDIX.

Sed impersonalibus loco genitiui potest addi uerbũ infinitum : ut, Tædet me uitæ. Tædet me uiuere. Piget militiæ. Piget militare.

Cicero : Pœnitet defendere, ie te soustiens ou defens à regret.

Tædet me uiuere: Ie me fasche, ie m'ennuye en ce mõde. Terent. in Phorm. At enim tædet iam audire eadem millies, Ie m'ennuye d'ouyr une chose si souuent.

VARIANTIA QVAEDAM.

Hæc uariã habent constructionẽ.

Misereor tui uel tibi.

Meminit tui, uel de te : id est, mentionem fecit.

Memini pro recordor, plerunq; accusatiuo iungitur.

Obliuiscor, recordor, reminiscor, recolo tui uel te.

Venit in mentem eius diei : id est,

recordor.

Vel, Venit in mentem ille dies.

Pleræq; dictiones sunt, quæ non respuunt diuersam constructionem: ut,

Plautus: Neminis misereri certum est, quia mei miseret nemo, I'ay deliberé n'auoir pitié d'aucun, car on ne l'ha pas de moy.

Cicero in Tusculan. Perge, aude, nate illacryma, patris pestibus miserere.

Quintilian. Neq; omnino huius rei meminit poëta ipse, Le poëte n'ha aucunement parlé de cela.

Plautus in Cas. Mirũ æcastor, senecta ætate te officium tuum non meminisse, Certes c'est merueille qu'il ne te souuiĕt en ta uieillesse de faire ton deuoir. Obliuiscor, I'oublie. Recordor, Ie reduis en memoire. Reminiscor, Il me souuient. Recordor, idem genitiuum aut accusatiuum asciscunt.

Terentius, Eius reminiscor, Il me souuient de luy.

Cicero: Bella à se gesta triumphosq; recordentur.

Pro Plancio: De illis recordor.

Cicero: Cùm illius diei mihi uenit in mentem, Quand il me souuient de ce iour là. Quæ oratio per eclipsim effertur. Subintelligitur enim conditio, qualitas, status.

Terentius in Phormione: Nam mihi ueniebat in mĕtem eius incommodum. Vbi pleni constructionis sunt numeri.

Potitus est rerum: id est, uicit.

Et, potitus est amica: id est, assecutus est.

Eget tui uel te.

Indiget auxilij, uel auxilio.

Potiri *cum genitiuo, uincere: cum ablatiuo, assequi sonat. Cicero primo epist. Te illius regni potiri, Que tu gaignes ce royaume. Sallustius, Cui fatum foret, urbis potiri, De gaigner la uille. Idem, Potiri signorum & armorum. Et, Adherbalis potiri.*

Potiri rerum. frequentius.

Potitus est amica, Il ha iouy de samie.

Vetus est, Potiri bonum, Auoir du bien. Cicero Philip. 13. Pacemq; potiamur, Ayons paix.

Inopiæ uerbis, & pugnantibus subijcitur uel genitiuus, uel ablatiuus, Indigeo auxilij, uel auxilio, I'ay faulte de secours, d'ayde.

Quintil. Oratio uerò quæ sit uitiosa, si egeat interprete. Idem lib. 2. Hæc secunda egeret artis ad fallendum.

SIGNIFICANTIA ALIquid fieri in loco.

Omne uerbum admittit genitiuum proprij nominis significantis locũ in quo fit actio. Vixit Romæ. Studuit Oxoniæ. Natus est Lõdini.

Vixit Romæ, Il ha uescu à Romme.

Studuit Lutetiæ, A paris. Hæc Lutetia.

Natus est Londini. A Londres, Hoc Londinum, oppidum in Anglia, Londres.

Franciscus Galliarum rex Papam conuenit Maßiliæ. Hæc Maßilia, Marseille.

Fui Compostellæ, A sainct Iacques. Hæc Compostella,

siue hoc Ianasum, Sainct Iaques.

Ausonius natus est Burdegalæ. Hæc Burdegala, Bordeaux.

Marius Cumbus Lindiæ literariam facit. Hæc Lindia, urbs in finibus Petragoriorum, La Linde.

Huc pertinent illa, *Basilea*, Basle. *Cadurcum*, Caors. *Nemausus*, Nimes. *Tolosa*, Toulouse. *Angeria*, Saint Iea Dangeli. *Louanium*, Louain. *Gergouia*, Clermont. *Agennum*, Agen. *Nouiodunum*, Noion. *Duracium*, Duras. *Aurelia*. Orleans. *Nam tum hic, tum alibi probare soleo puerum uocibus non destitui, præcipue cùm his coniungendis operam det, quod curæ ei nunc est.*

PRO PROPRIIS VSVRpantur hæc appellatiua:

Humi, Domi, Militiæ, Belli.

Iacet humi.

Domi belliq; simul uiximus.

Domi meæ, nostræ, tuæ, suæ, uestræ, alienæ.

Nec alia admittit adiectiua: nam domi paternæ non rectè dicitur, sed in domo paterna,

Ruri in datiuo, siue rure in ablatiuo, uerbis iisdem adiungitur.

Ruri educatus est.

Iacet

Iacet humi, Il est estendu contre terre. Ex Liuio 2. *belli Punici.*

Belli domiq; simul uiximus, En temps de guerre & de paix nous auons tousiours uescu ensemble.

Adiectiua sex his genitiuis subijci solent, Meæ, tuæ, suæ, nostræ, uestræ, & alienæ. Cicero: *Malim sine periculo esse domi meæ, quàm cum periculo, alienæ.*

Et proprijs locorum nominibus. Cicero ad Atticū: *Malo cum timore domi esse, quàm cum periculo Athenis tuis. Quod admodum rarò contingit. Hæc igitur locorum nomina cùm his adiectiua fulciantur, aduerbia negabis.*

Ruri educatus est, Il ha esté nourry aux champs. Terentius in Phorm. *Ruri ferè se continebat, Presque tousiours il se tenoit aux champs.* Horatius:

Quinq; dies sum pollicitus me rure futurum.

In tertia declinatione ablatiuo utimur: Militauit Carthagine, A Carthage il ha banté la guerre.

Sic, Medici sunt Agathopoli. Hæc Agathopolis, Montpeslier. Et Auenione sacris initiabimur, Nous aurons les ordres en Auignon.

EXCEPTIO.

Si tamen fuerint pluralis duntaxat numeri, aut tertiæ declinationis, in ablatiuo ponuntur; ut,

Nupsit Athenis.

Militauit Carthagine.

Infrequens est his addere præpositionem.

Cum essem in Mediolano, quæ semper additur in nominibus locorum maiorum, & appellatiuis.

Cum essem in Italia.

Cum agerem in suburbano.

Itidem numeri pluralis nomina, in ablatiuo ponuntur.

Nupsit Athenis, Elle s'est mariée à Athenes.

Hæ Athenæ, Athenarum.

Hi Datij, Datiorum, Dax,

Petragorij, Petragoriorum, Perigueurs.

Remi, Remorum, Reins.

Ausci, Auscorum, Aulx.

Sic Gabij, Gabiorum: Veij, Veiorum: Campi, Camporũ.

Parisij, Parisiorum, Paris.

Ea & similia ablatiuo dabis cum uerbis quietis: ut, Lauaeus docet Petragorijs. Petragorijs *datiuus ablatiuus ue est à nominatiuo plurali* Petragorij, Petragoriorum.

DATIVVS POST VERBVM.

Quoduis uerbum acquisitiuè positum, exigit datiuum: ut

Non omnibus dormio.

Huic habeo, non tibi.

Mihi istic nec seritur, nec metitur.

Mihi peccat, si quid peccat.

Omnibus sapit, sibi uni non sapit.

Acquis

Acquisitiuè ponitur uerbum quod in datiuũ fertur eius personæ, in cuius gratiam, commodum, aut contrà, uerbi actio est. Cicero epist.lib.7.Olim non omnibus dormio: sic ego, mi Galle, nõ omnibus seruio, Ie ne fais pas ce que tous ueulent: si ie fais pour les uns, ie ne fais pas pourtant pour les autres. Non omnibus enim dormire dicitur, qui neque per omnia gerit morem. Vide Erasmi Chiliadas.

Huic habeo, non tibi, Ie l'ay bien à son commandement, non pas au tien.

Plautinum est, Istic mihi nec seritur, nec metitur, Il ne me reuient rien de cest affaire, ce n'est pas mon profit: ie ne dy pas pour profit quæ ie y sente.

His accedit Atticismus Terentianus in Adelph Mihi peccat, si quid peccat, S'il fait faute, c'est à moy & a mon dommaige. Quæ phrasis, affinesq́; è medio sumũtur, Valla autore lib.3. Vt apud eundem, Mihi orat. Et mihi faciet.

Omnibus sapit, sibi uni non sapit, Il est saige au profit des autres, non pas au sien.

Quintil.lib.2. Non fabricetur militi gladius.

ACQVISITIVA.

Præcipuè tamen huius ordinis sunt, quæ commodum aut incommodum significant: ut, Do mutuò, seu mutuum.

Do commodatò, Mutuo.

Fœnero. Largior.

Confero tibi, & confero in te.

Præstare pro dare, & pro exhibere.

ut, Præstare fidem, Præstare pacta.

Dare mutuò, aut mutuum, Prester *pour rendre la chose mesme.* Terentius *in* Heauton. *Huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum.*

Idem ualet mutuo, mutuas. Mutuor uerò deponens, est mutuò accipere. Cicero *de Fato: Orator ab Academicis subtilitatem ingenij mutuatur,* Il prent *&* emprunte.

Ad hunc modum dicimus, Fœnero tibi: *hoc est, ad usuram do,* Prester *à usure.* Terent. *in* Phorm. *Fœneratum isthuc beneficium tibi pulchrè dices,* Il te sera rẽdu au double. *Fœneratur autem pecuniam ab alio, qui ad usuram accipit,* Qui prent à usure.

Confero tibi, & in te. Ie te donne: *ut sit significatio donationis.* Cicero Offic. 1. *Et mores eius erunt spectandi, in quem beneficium conferetur,* Auquel on sera du bien.

Plinius *in epist.* Et *tanquam parens alter, puellæ nostræ confero quinquaginta millia nummûm.*

Præstare, pro eo quod est, alienam culpam in se recipere, uulgò garantire, aut bonum facere, datiuum habet.

Cicero Lentulo: Fidemq; fratris mei præstarem. Idem *ad* Vatinium *de seruo Dionysio, Si me amas, confice: quãcunq; fidem dederis, præstabo,* Ie respons de tout ce que tu auras promis.

Eiusdem generis sunt Præstare *euentum,* Præstare *periculum, respondre du danger, ou faire bon fil y ha danger.* Præstare *dictum,* Præstare *incõmodum,* Præstare *factum.*

Dono tibi hoc munus, & dono te hoc munere.

Impertiam tibi fortunas meas: &

Imper

Impertiam te fortunis meis.
Aspersit tibi labẽ: et Aspersit te labe. dixoma Be
Instrauit equo penulã: &, Instrauit equum penula. Debet tibi uitam. Suã eruditionem tibi acceptã fert.

Verbis quatuor, Dono, Impertio, Inspergo, Insterno, aliàs datiuus cum accusatiuo, aliàs cum ablatiuo accusatiuus apponitur.

Dono tibi hoc munus, Dono te hoc munere. Ie uous fais ce present. *Tranquillus in Cæsare: Aureis donauit anulis,* Il l'ha fait Cheualier. *Archias donatus est ciuitate,* Il ha esté fait bourgeoys.

Aspersit te labe, Il ha mal parlé de toy. *Cicero in Vatinium: Cui tu nullam labeculam aspergis. Quæ formula prouerbialis est per translationem sumpta.*

Instrauit equũ penula: &, Instrauit equo penulam, Il ha mis la housse sur le cheual. *Penulã enim dixerunt Veteres, quicquid tegeret. Qua etiam utebantur arcendis pluuijs,* Manteau *uocamus. Per abusionem igitur penulam, stragulam Babylonicam, qua equus insterni solet, dixit.*

Impertiam te fortunis meis: & impertiam tibi fortunas meas, Ie uous feray part à mes biẽs, *quas fortunas dicimus.*

His affinis hyperbole illa apud Terentium: Quid si animam debet? Durum est illud, Quid si plus debet, quàm põderet?

Formula singularis per metaphoram sumpta: Suam eruditionem tibi acceptam fert, Il confesse tenir de toy tout ce qu'il scait.

In idem recidit, Referre acceptum.

Cicero: Vitam acceptam refert clementiæ tuæ, Il dit que uous luy auez donné sa grace, & qu'il tient sa uie de uous. Acceptum ferre, proprie, Tenir pour receu.

Satisfacio, ſoluo, reſoluo, reſcribo, renumero. Numero pro ſoluo. Remetior, pendo, rependo, refero. Repono, pro reddo. Reſpondeo, pro ſatisfacio. Nunquã tuis meritis eſt reſpõſurus.

Cicero Lentulo: Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris ſatisfacio omnibus, mihi ipſe nunquam ſatisfacio. Satisfacere dicimur, cuius deſiderium adimplemus. Contentare, noua fingentibus relinquito.

Cognata ſunt illa: Soluo, Payer. Reſoluo, Payer les debtes.

Reſcribo, Rendre. Terentius in Phorm. Argentum denuo reſcribi iube.

Numerare, Payer content. Cicero Offic. 2. Vt commodius putarent numerari ſibi.

Pendo pro numero: ut, Vtra pars prior euicerit treis luſus, ei uicta pendet ſextam drachmæ partem, Pendet, id eſt, ſoluet.

Plautus in Perſa: Des mihi nummos ſexcentos, quos pro capite illius pendam, quos continuò reponam tibi, Leſquelz ie te rendray incontinent.

Reſpondeo, pro ſatisfacio: Nũquam tuis meritis eſt reſpõſurus, Il ne te ſcauroit iamais ſatisfaire des plaiſirs que tu luy as fait, Item dicimus, Reſpondere ad rogatum, Re-

ſpondre à propos. Non reſpondere ad nomina, Cheoir en default. Reſpondere ad nomina, comparere, ut nunc loquimur: quæ omnia antiquitatis gratiam habent, ut docet Budæus.

Commodo pro proſum, Incommodo pro noceo.

Non poteſt mihi nec commodare, nec incommodare.

Opitulor, Proſum, Auxilior, Suppedito, pro miniſtro, Suggero. Succurro, Subuenio, Adminiculor, Patrocinor, Suffragor, Adſum, Faueo.

Auxilij uerba datiuo gaudent. Terent. in Andria: *Quem ego credo manibus pedibusq; obnixè omnia facturum, magis id adeò, mihi ut incommodet, quàm ut obſequatur gnato, Lequel ie croy ſera ſon effort plus pour me nuyre, que pour complaire à mon filz.*

Non poteſt *mihi commodare, nec incommodare, Il ne me peult faire plaiſir ne deſplaiſir.*

Ab illo diſcrepat Opitulor, *Faire ſecours.*

Auxilior tibi, idem.

Cicero: *Si eſſet ei profuturus, S'il eſtoit profitable.* Idem *Officiorum primo: Videndum eſt igitur, ut ea libertate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini, Laquelle profite aux amyz, ſans porter dommaige à aulcun.*

In id quoque prodeſt ornatus, Fabianum. Terentius in

Heaut. Suppeditare sumptibus dixit, quòd oratione nostrate dicitur, Furnire ad expensas.

Nam (inquit) si illi pergam suppeditare sumptibus Menedæme, mihi illhæc uerè ad rastros res redit.

Eôdem spectat illud eiusdem in Adelphis,

Cur amat?

Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris? Pourquoy payez uous cela, & fornissez aux despens?

Adminiculor, Ayder, soulager: ut, Cyclicæ disciplinæ sibi inuicem adminiculantur.

Patrocinatur pauperibus, Il defend & soustient les poures. Nam qui in iudicio alterum defendit, patronus dicitur, si orator est.

Sententiæ tuæ nemo non suffragabitur, Tous seront de ton aduis. Sumptum ex suffragijs uide Vallam.

Cicero in Philipp. Omnibus his pugnis Dolabella adfuit, Il s'est trouué. Quintilianus: Adfuisse Ciceronem tali causæ inuenio, Hoc est, fauisse, & præsidio fuisse.

Cicero pro Ligario: Cuius (inquit) gloriæ faueo, I'ayme son honneur.

Ouidius: Dij cœptis aspirate meis: id est, fauete, Donnez moy bon commencement.

Bene uolo. Bene cupio.

Medeor tibi, & medebor tuo dolori. Medicor te, uel tibi.

Confert tibi: id est, utile est.

Conducit huic rei. siue conducit ad hanc rem.

Benedico tibi, non te. Plautus in Milite: Bene quæso in-

ter uos dicatis, & mihi absenti tamen, Dites bien de moy en mon absence.

Maledico illi, non illum: Plautus in Amphit. *Meritò maledicas mihi, si non ita id factum est,* Vous aurez raison de dire mal de moy.

Bene uolo tibi, non te, Ie te ueux bien. Teren. in Eunuch. *Nec rationem capio, nisi quòd tibi bene ex animo uolo.* Cicero ad Octauium: *Aut si nulla ratione publicis incommodis mederi queat,* Ou si on ne peut remedier à la perte de la chose publicque.

Terentius in Andr. *Cùm ego possim in hac re medicari mihi,* Veu que ie puis bien remedier à cela. Vergilius lib. 6. Aeneid. *Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Eualuit,* Mediciner.

Conducent tibi secreta studia: id est, *utilia erũt.* Et, *Conducit ad bonas literas,* Il est profitable aux bonnes lettres. *Conducit ad parandas opes labor.*

Confert tibi, utilitatis est formula, Il t'est profitable. Fabius: *Interim confert admirationi multùm infirmitas.*

Idem: *Scio quæri etiam, natura'ne plus ad eloquentiam conferat, an doctrina.* Cuius uerbi diuersus intellectus aliam atq; aliam syntaxim habet. Quintil. lib. 4. *Adhuc enim uelut studia inter nos conferebamus,* Nous communicquions & diuisions de noz estudes. Est bona loquutio, inquit Donatus, *Verba ad rem conferre,* Mettre en effect les paroles. Terentius in Eunucho, *Verum enim si ad rem uerba conferantur, uapulabit.* Cætera, uaria lectio docebit.

Consulo tibi, do consilium.

Consule rebus tuis: id est, prospice.

Cõsulis me: id est, cõsiliũ à me petis.

Sibi canit.

Consulo te, Ie demande conseil. Quintilianus: *Aures consulens meas.*

Consulo tibi, Ie te conseille, Ie te baille conseil.

Consule rebus tuis, Pouruoye à tes affaires.

Cicero de lege Agraria: *Atque hoc carmen Tribunus plebis, non uobis, sed sibi canit*, Il dit à son profit, non pas au uostre.

Idem in Bruto, *Canere musis dixit*, Complaire aux doctes en son dire.

Metuo, Timeo, Formido tibi: id est, sum solicitus pro te.

Metuo te: id est, timeo ne mihi noceas.

Coniungitur uterque casus.

Omnia tibi timeo, quæ solent pusillis accidere.

Terẽt. in Andria: *Hei mihi, metui à Chryside*, Ie craingnoye que le mal ne uinst de Chrysis.

Et *metuo te*, Ie te crains.

Metuo tibi, Ie crains que le mal ne t'aduienne. Plautus in Amphit. *Metuens pueris.* Quintilianus utrunque casum uerbo addidit lib. 4. *Iudex, inquit, religiosus libentißime patronum audit, quem iustitiæ suæ minime timet. Ne noceat, scilicet.* Qui le trouble, & empesche de bien iuger & faire iustice. *Sic omnia tibi timeo, quæ solent pusillis accidere*, I'ay peur que tu ne sois point hardy, mais que tu sois couard.

IMPE

IMPERANDI ET NVNTIANDI.

Ad hæc quæ imperandi & nuntiandi significationem habent.
Iubeo te abire, Iubeo tibi, ut abeas.
Impero, Præcipio.
Præeo: ut, Iudicibus præire conat.
Præscribere leges uictis.
Dicta mihi iusiurandum.
Edico tibi miles. Mando. Cōmitto.
Delegauit mihi suam uicem.
Indixit mihi bellum.
Designa, Constitue, Præstitue, Condicito.
Præfige mihi diem ac locum.
Tempero tibi & te, id est, rego.
Moderatur animo, iræ: &, Moderatur principem.

Imperandi & nuntiandi uerba præter accusatiuum datiuo personæ adhærent.

Iubeo, præcipio, impero, Ie commande.

Cicero pro Milone: Hesterna etiam concione incitati sunt, ut uobis uoce præirent, De parler deuant uous: *eaque præfari, quæ sequi uos oporteret.*

Quintilianus, Doctores non posse semper præire legentibus, Les guider. Ad quod refertur, Eius uerba subsequi, Dire apres luy, parler apres un autre, & reciter ce qu'il ha dict.

Iudicibus præire conatur, Il ueult monstrer aux iuges, comment ilz doibuent iuger.

Cicero de Senectute, A' quibus iura ciuibus præscribebantur, Lesquelz ordonnoient les loix aux citoyens. Præscribere enim Latina lingua statuere, & certo modo antè ordinare significat, autoritatis uerbum.

Dicta mihi iusiurandum, Declairez, dites moy la forme du serment. Dictare certè iusiurãdum, est illius uerba præire, iuraturoq; dictare.

Terentius in Eunucho, Miles edico tibi, Ie te fais à scauoir. Quod est etiam iubere aliquid.

Idem in Andria, Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei: id est (si mihi liberum est ita loqui) Pono in tuam saluam gardiam.

Suet. in Nerone, Quare nunquam posteà publico se illud horæ sine Tribunis commisit procul & occultè subsequentibus. Cõmittere se publico, Se monstrer & sortir dehors.

Terentius, Huic mandes, Baille luy la charge, donne luy la commission.

Cicero, Post delegatã mihi prouinciam, Apres m'auoir donné en charge ce païs. Delegauit mihi suam uicem, Il m'ha enchargé de tenir son lieu, Il m'ha fait son lieutenant. Delegare aliquem, officio exequendo præficere.

Indicere bellum, Liuio frequens, Signifier la guerre & desfier. Idem libro 10. ab Vrbe cond. His nuntijs Senatus conterritus, iustitium indici, delectum omnis generis hominum haberi iussit, De signifier les uacations de la Court.

Varietas, Designare, Cōstituere, Præstituere, Aßigner. Terentius in Phormione,

Certè hercle, si satis commemini, tibi quidem olim est dies Quam ad dares huic, præstituta, Le iour ha esté aßigné.

Constitue mihi locum, Aßigne moy le lieu. Constitue mihi diem. Aßigne moy le iour.

Et, præfige mihi diem ac locum, Aßigne moy le iour & le lieu.

Cicero, Nā cum mihi condixisset Crassus, cœnauit apud me, Quil m'eust inuité à souper. Condicere cœnam conuiuatoris est: Indicere autem, conuiuæ, & ad cœnam ituri. Hæc locis multis Budæus.

Plinius in epist. Temperare mihi non possum, Ie ne me puis gouuerner. Vergil. Ille regit dictis animos, & temperat iras: id est, regit, Il appaise son ire.

Idem secundo Aeneidos, Temperare à lacrymis dixit, Soy garder de plourer.

Cicero pro Cælio, Quòd & pudor tuus moderatur orationi meæ, Modere. Et cùm accusatiuo: Suet. In Aug. Nec successum uictoriæ moderatus est: id est, rexit.

NVNTIANDI.

Dico tibi, scribo tibi, & ad te: Loquor, Recenseo, Narro, Expono, Explano, Explico, Aperio, Indico, Demonstro, Commonstro.

Refero, id est, narro.

Retulit ad Senatum: id est, propo-

ſuit in Senatu.

Hæc omnia datiuo gaudent, nuntiandiq́; uim ſortiuntur. Loquor tibi, *Ie parle à toy:* &, Loquor ad te, *recipiũtur.* Loquor uerò te, *inauditum. Adhæc dicimus*, Loquor tibi uerba, Loquor tecum, Loquor uerbis, Loquor ad te. Plautus: *Si falſum ad te loquor.*

Et ſine caſu ſingulare eſt pro indicare. Cicero pro Milone, *Res ipſa loquitur: id eſt, demonſtrat.*

Cicero Lentulo, *Summam feci cogitationum mearum omnium, quam tibi, ſi potero, breuiter exponam, Laquelle ie uous declaireray en brief, ſi ie puis.*

Terẽtius in Phormione, *Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum explana mihi,* Declaire moy, & donne à entendre.

Plautus, *Age iam & hoc ænigma aperi nobis,* Declaire nous ce doubte. *Eruditi hominis oratio eſt*, Aperi caput illi: *id eſt, fac illi (ſi ſic loqui licet) reuerentiam.*

Indico hic, *tertiæ declinationis eſt pro denuntiare, cuius paulo antè meminimus: ut, Indicere ferias populo*, Commander les feſtes. *Dolabella curialibus ieiunia indicebat.* Commandoit les ieuſnes aux parochiens.

Refero tibi, *Ie te recite.* Refero *autem ad Senatum, id eſt, rem in Senatu decernendam propono, quod reportare dicimus.* Et ad populum refero, *pro Muræna Cicero.* Item in Catilinam oratione ſecunda, *Reliquis autem de rebus conſtituendis, maturandis, agendis, iam ad Senatum referemus, quem uocari uidetis.*

OBSEQVII ET REPVGNANTIAE.

Quæ ad obſequium ſiue repugnan-

tiam

tiam pertinent.
Morigeror, Morem gero.
Obsequor, Obsecundo, Obseruio.
Seruire tempori.
Inseruit suis commodis.
Subseruio, Subparasitor, Ancillor, Assentor.
Adulor, Palpor, Obedio, Milito, Pareo.

Terentius in *Adelphis: Si adolescenti esses morigeratus,* Si uous eussiez obey.
Et, Morem geres animo puellæ, Tu feras le uouloir de la fille.

Obsequor, Obsecundo, Complaire à quelcun.

Terentius in Andria, *Eorum obsequi studijs, aduersus nemini.* Il s'accordoit à ce que les autres uouloient faire.

Phocilides, *Temporibus cautus semper seruire memento.* Seruire tempori, Faire selon que le temps ueut, saccõmoder au temps. *Siquidem, ut* Budæo *placet, in Græcæ linguæ commẽtarijs, seruire, addictum esse significat, & necessitate alicuius obseruationis obstringi atq; obseruantiæ.* Cicero in Oratore, *Seruire numeris.* Ad Brutum, *Scenæ seruire.* Pro Sestio, *Seruire dignitati.* In epist. *Seruire ualetudini.* Ibidem, *Oculis seruire.* In Offic. *Seruire utilitati.* Pro Cælio, *Seruire pietati.* Pro Muræna, *Naturæ seruire & consuetudini. Quæ omnes formulæ sunt translatitiæ.*

Inseruit suis commodis, Il tend à faire son profit.

Quintilianus libro primo, Vergilius amantißimus eius uetustatis carminibus inseruit.

Terentius in Andria, *Tu, ut subseruias orationi, utcunque opus sit uerbis, uide, Respons luy à ce qu'il te dira, & luy tiens propos.*

Plautus in Amph. *Accedam, atque hanc appellabo, & supparasitabor patri, Ie luy obeiray comme un flateur, Ie le flateray.*

Cicero in Sallustium, *Non enim uni priuatim ancillatus sum. Ie n'ay pas fait plaisir ou seruice à un en particulier.*

Assentor, Adulor, Palpor, Flater. Plautus, *Hei tu quoque assentaris huic, Tu le flates.* Terẽtius cum accusatiuo *assentor* posuit: *Imperaui egomet mihi, omnia assentari. De leur accorder tout ce qu'ilz dirõt, soit bien, soit mal.* Iuuenalis, *Quem munere palpat.* Plautus, *Obseruatote, quàm blandè mulieri palpabitur.* Sed frequentior est datiui usus.

Pareo, obeyr. Cicero Curioni, *nisi meis amantißimis consilijs paruisses.*

Ausculto tibi, id est, obedio.
Ausculto te, id est, audio.
Audiens dicto.
Obtempero, Cedo, Concedo.

Ausculto tibi, Ie te obeys. Terẽtius in Adelph. *Huic asine auscultes?* Idem, *Ausculta pauca, id est, audi.* Cicero pro Deiotaro, *Aut qui dicto audientes in tanta re non fuissent. Audiens dicto, Obeissant aux dictz & commandemens.*

At uerbo (audio) hoc modo uti nolim, sed cum accusatiuo. Terentius in Andria, *Audin' tu illum?*

Cicero

Cicero pro Milone, Cederem tempori iudices, Ie me gouuerneroye selon le temps: neq; tempori repugnarem. Vergilius, Cede Deo. Idem accusatiuum adiunxit. Cedat ius proprium regi, Qu'il quite son droict au Roy.

Terentius in Phormione, Si argentum acceperit, ducenda est uxor, ut ais. concedo tibi, Ie t'accorde ce que tu dis.

CONSENTIO.

Consentio tibi, siue tecum.
Assentio, siue assentior tibi.
Dissentio tibi, siue abs te.
Subscribo tuo iudicio, Suffragor, Astipulor.

Assensus uerba datiuum exigunt. Cicero in Academicis quæst. Mihi neutiquam cor consentit, Mon cueur ne s'y adonne nullement. Consentire. Estre d'un accord. Consentit sibi, qui sibi constat, suiq; similis est. Cicero 1. Offic. Hic si sibi ipse consentiat. Vtrunq; recte dicimus, Consentit illi, & Consentit cum illo.

Cicero, Senatus mihi assensus est. Et Offic. 1. Vnũ ne incognita pro cognitis habeamus, hisq; temere assentiamur. Assentimur homini, cui credimus. Et assentimur rebus, quas credimus: ut liquet ex his locis. Datiuo accusatiuus accedit. De Oratore, Cætera assentior Crasso.

Vtrunque receptum est: Dissentio tibi, & dissentio abs te, Estre de diuerse opinion. Quintilianus: Huic opinioni neq; accedo, neque plane dissentio, Ie ne suis de ceste opinion, ne ny contredis pas aussi du tout. Idem lib. 3. Quanquam dissentire ab eo non timide solet.

Subſcribo tuo iudicio, Ie ſuis de ton aduis. Traianus ad Plinium, Tuo tamen deſiderio ſubſcripſi: id eſt, fiui. Perita inde locutio, quòd ſubſcribere cauſſæ, Veteribus dicebatur, quod nunc adiungere cauſſæ, Se adioindre au proces. Vide Budæum in poſterioribus annotationibus.

Suffragari, auxiliari dicimus, Fauoriſer, ſicut refragari, repugnare. Cicero de Legibus: Mihi enim uideris fratrem laudādo, ſuffragari tibi, Faire pour toy et ayder toy meſme

Adſtipulor tibi, Ie ſuis de ton aduis.

Accedo tibi, ſiue tuæ ſententiæ, id eſt, approbo.

Hoc acceſsit meis malis, ſiue ad mea mala, id eſt, additum eſt.

Accedit huc, Accedit his, & Accedit ad hæc.

Conuenit mihi tecum.

Conſtat hoc nobis, ſiue inter nos.

Accedo tibi, ſiue tuæ ſententiæ, Ie ſuis de ton opinion. Quintilianus, Nec Celſo accedo, Pro, addor, uel adiungor, datiuo uel accuſatiuo cum præpoſitione gaudet: ut, Hoc acceſsit meis malis, ſiue ad mea mala, Auec tous mes autres maux, cecy m'eſt aduenu de ſurcroiſt.

Terentius in Andria:

Ad hæc mala hoc accedit etiam.

Connectendi formulæ ſunt: Accedit huc, Accedit his, Accedit ad hæc, Auec ce, a'dauantage. Plinius in epiſto. Accedit huc dignitas hominis.

Conue

Conuenit mihi hoc tecum: id est, sine controuersia est inter nos quod ego dixi, Tu t'accordes à moy en cela. *Terētius in Adelphis, Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent. Conuenit hoc inter nos,* Nous sommes d'accord en cela. *Plautus in Mostel. Bene igitur ratio accepti & expensi inter nos conuenit,* Nous n'auons point de discord quand aux mises & receptes. *Conuenit hoc mihi: hoc est, decens est,* Cela m'est propre & bien seant.

Constat hoc nobis, siue inter nos, Nous sommes d'accord en cela. Cicero lib. 1. ad Herenn. *Ad hæc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris scriptoribus.*

REPVGNANTIAE.

Refragor, Obsto, Obsisto, Obstrepo, Resisto. Repugno, Reluctor, Reclamo, Officio, Occurro. Obuiam eo, Obuiam factus est mihi, Aduersor.

Est aliud uerborum genus datiuum recipiens. Ea sunt repugnantiæ uerba, quorum hic supellex ponitur.

Terentius in Eunucho, *Neq; tibi obstat, quod quidem facis,* Cela que tu fais, ne te nuist point.

Cicero ad Lentulum, *Cui quia obsisti non poterat, Bibulo assensum est,* Auquel pourtant qu'on ne luy pouuoit resister, ne contrarier.

Obstrepit nobis, Il crie contre nostre dire. *Nam obstrepere dicitur, qui dictis alterius strepitu aduersatur. Pasiua uoce Cicero usus est pro Marcello. Sed tamen eiusmodi res nescio*

nescio etiam quomodo dum audiuntur, dum leguntur, obstrepi clamore militum uidentur, & tubarum sono, id est, obturbari.

Cicero, *Cùm resistere eius improbitati non possem.* Resister. Nam uulgo uim suam habet.

Repugno, Ie suis discordant. Quintil. libro 1. *Vt cum historiæ quidam, tanquam uanæ repugnaret.*

Idem, *Diu sum equidẽ reluctatus*, I'ay resisté long temps à leur opinion.

Isti sententiæ nemo non reclamabit, Tout le monde sera contre ceste opinion. *Reclamat aduersarius.*

Cicero Lentulo, *Eius orationi uehementer ab omnibus reclamatum est.*

Officere alicui, Luy nuyre. Cicero 3. Offic. *Quorum altitudo officeret auspicijs.*

Persius, *Venienti occurrite morbo*, Resistez. Aliquando obuius fio significat. Cicero pro Cluentio, *Sed ego occurram expectationi uestræ.*

Obuiam eo illi, Ie uois au deuant de luy. *Obuiam factus est mihi*, Il m'ha rencontré en chemin.

Repugnantiæ est illa Sallustij formula, *Præterea modestissime parendo, & sæpe obuiam eundo periculis, in tantam claritudinem breui peruenerant*, En resistant, & en se donnant de bonne heure garde des dangers.

Dissideo tibi, siue tecum.

Contendo tibi, siue tecum.

Hoc abs te contendo: id est, uehementer peto.

Certat illi, siue cum illo.

Noli

Noli pugnare duobus, Græcè magis quàm Latinè dixit Catullus: pro cum duobus.

Cicero in Lælio, Cum is Tribunus plebis capitali odio à Q. Pompeio *dißideret, Quand il estoit en dissension auec* Pompée *iusques à la mort.*

Datiuum habet apud Horatium:

Scire uolo, quantum simplex hilarisq; nepoti
Dißidet.

Variat uerbi (contendo) syntaxis & significatio.

Cùm datiuo, ut ablatiuo affixa (cum) præpositione certare significat, ut: Contendo tibi, siue tecum, Ie me bas à toy. *Vergilius:*

—quis talia demens
Abnuat, aut tecum malit contendere bello?

Faire guerre. *Si uerò ei ablatiuus apponitur (à) uel (abs) præpositione præfixa, petere significat.*

Cicero Curioni, Verecundius abs te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem, Ie demanderoye.

Vergilius, Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas. Idem, Tu dic mecum quo pignore certes, Que ueux tu gaiger contre moy? *Certat illi, siue, cum illo,* Il est en debat auec luy.

Cicero 2. Offic. *Licet ei dicere, honestatem aliquando cum utilitate pugnare. Ibidem: Si id, quod speciem habet honesti, pugnaret cum eo, quod utile uideretur,* Estoit different, repugnant. *Catullus, Noli pugnare duobus, Græca imitatione dixit: ut Vergilius, Tacito pugnabis amori? pro, cum amore. Sic enim Græci.*

Aristo

Aristophanes, ἐγὼ περὶ ταύτης μὴ μάχομαί σοι. Ad uerbum, Ego de hac non pugno tibi.

RELATIVA.

Verba quæ relationem & respectum habent ad aliquid.

Quæ huic est coniux, tibi nurus est.

Platoni corpus est uox, id est, iuxta Platonis sententiam.

Aristoteli spongiæ sentiunt.

Verba, quorum significatio ad uocis alterius sensum refertur, datiuum asciscunt. Terent. in Hecyra, At, ita me dij ament, haud tibi hoc concedo: etsi illi pater es. Nam patris appellatio, filij sensum requirit.

Quæ huic est coniux, tibi nurus est, La femme de luy, est ta belle fille.

Huc pertinent citandi formulæ: Platoni corpus est uox, La uoix est un corps selon l'opinion de Plato. *Vide Gellium libro 5.*

Ciceroni sola uirtus bonum est, Selon l'opinion de Cicero.

Aristoteli spongiæ sentiunt. Plinius de spongijs piscibus loquens lib. 9. cap. 45. Intellectum inesse his apparet, quia ubi auulsorem sensere contractæ, multò difficilius abstrahuntur.

RELATIVA PER COMPOSITIONEM.

Huiusmodi ferme sunt cõposita

cum his præpositionibus, præ, ad, com, sub, ante, post, ob, in, & inter.

PRAE.

Ego meis præluxi maioribus.

Præpollet omnibus.

Prænitet, præeminet, præstat omnibus siue omneis.

Præcellit omnibus, uel omneis.

Præbibit mihi. Præripuit illi.

Præeo, Præuinco, Præcedo, Præcurro, Præuerto, Præuenio accusatiuum exigunt.

Cicero in Sallustium, Ego meis maioribus uirtute mea præluxi: ut si prius noti non fuerunt, à me initium accipiant memoriæ suæ, Ie suis le premier gentilhomme de ma race, *&* le plus uertueux de tous mes ancestres.

Præpollet omnibus, Il surmonte tous. *Plinius libr.* 1. *Ardeam Rutuli habebant, gens ut in hac regione atq; in hac ætate diuitijs præpollens,* Riche sur tous les autres.

Prænitet omnibus, Il est beau sur tous.

Præeminet, Il se monstre par dessus tous.

Præstat omnibus, siue omneis, Il passe ou surmonte tous les autres.

Præcellit. Il surmonte.

Quæ loco datiui, accusatiuum non repudiant. Terētius, Homo homini quid præstat! Que les uns ualent beaucoup

e plus

plus que les autres. Quintilianus libro primo, Præstat ingenio alius alium, concedo : Les uns ont plus bel esprit que les autres.

Præbibo tibi, Ie boy à toy : ut Præbibo tibi hunc dimidiatum cyathum.

Præripere, Prendre le premier & deuant les autres. Cicero pro Roscio Amerino, Nec istius laudis ita sum cupidus, ut alij præreptam eam uelim.

Boëthius, Præire cæteros honore cupis, Tu ueux auoir plus d'honneur que les autres.

Cæsar, Heluetij reliquos Gallos uirtute præcedunt, Ilz passent & surmontent. Et datiuo iungitur. Plautus in Asinaria, Vestræ fortunæ meis præcedunt.

Me multis studijs præcurrebat, Il estoit plus auancé que moy. Plinius in epist. Scio quæ tibi causa fuerit impedimento, quo minus præcurrere aduentum meum posses. Courir au deuant de moy.

Cùm datiuo legitur. Cicero in Catil. Mihi studio penè præcurritis.

Plautus in Amphitr. Clàm illuc redeundum est mihi, ne me uxorem præuertisse dicant præ Republica, Qu'ilz ne me dient que i'aye plus aymé ma femme, que l'affaire publicque.

Præuenire, Venir deuant. Quæ uerba paulò uenustius per translationem efferuntur.

A D.

Admòlitus est illí manum.
Accubuit, Accedit mihi.
Aduolutus est genibus.

Admo

Admoueo. Arrisit matri.
Adpressit pectori codicem.
Adegit gladium pectori. Affigo.
Adhæreo, Adhærescit, Adlubescit.
Adiacet Aegypto. Affulsit mihi
spes. Acclamabant dicenti.

Item illa datiuus sequitur,
Admolitus est illi manum, Il ha mis la main sur luy.
Plautus in Asinaria, Vbi sacro manus sis admolitus.
Accumbo tibi, Ie suis assis à table pres de toy.
Plautus in Sticho, Vtrum tibi accumbo?
Cicero, Huic assident, pro hoc laborant.
Plinius in epistolis, Quis ex istis qui tota uita literis assident? Qui ne font que estudier?
Aduolutus est genibus, Se ietter. *Budæus pro supplicem esse dixit, in Græcæ linguæ Commentarijs.*
Plautus in Epid. Aduolutusq́; pedibus meis, tanquam tuus hæsit.
Nondum admoui cyathum labijs. Ie n'ay pas encore porté le uoirre à ma bouche. *Vergilius, Necdum illis labra admoui, de poculis loquens.*
Admouere, Mettre au pres. *Amouere,* Oster.
Arrisit matri, Il ha soubzry à sa mere.
Terentius, Clemens, placidus,
Nulli lædere os, arridere omnibus.
Adpressit pectori codicē, Il l'ha serré contre la poitrine.
Adegit gladium pectori, Il luy ha fourré le cousteau en la poictrine. *Verg.- sed uiribus ensis adactus.*

Transadigit costas. Plinius, *Adigere sacramento dixit, Cōtraindre à faire serment.* Terent. in Adelphis, *Prò Iupiter, tu homo adiges me ad insaniam, Tu me feras deuenir fol.*

Plautus in Sticho, *Adhæsit mihi ad infimum uentrem fames, La faim m'ha tenu iusques au fond du uentre.* Obuia sunt & illa: *Adhæsit muro, & in muro, & ad murum, Il s'est serré & tenu comme poix au mur, ou contre le mur.* Huic significationi non dissimile illud Ciceronis pro P. Sestio, *Ad columnam adhærescere.* Idem de Oratore, *Et ad genus id quod quisque uestrum in dicendo probaret, adhærescens, Qu'ilz se tinssent.* Plinius lib. 24. cap. 19. *Philanthropon, herbam Græci appellant hirsutam, quoniam uestibus adhærescat.*

Plautus: *Iam mihi adlubescit, Il me plait.*

Adiacet Aegypto, Il est es frontieres d'Egypte, & tout au pres. Columella: *An putem fortunatius à catenato repulsum ianitore, sæpe nocte sera foribus ingratis adiacere? Gesir au pres.*

Affulsit mihi spes, I'ay quelque esperance, Spemq́; recepi, ornatus gratia sumpta translatio. Vide Erasmi Chiliadas:

Acclamabant dicenti. Cum acclamatione laudabant, Ilz disoient bien de luy.

CON.

Conuixit nobis.
Commigrauit huic uiciniæ.
Commori tibi cupio, siue tecum.
Colludo tibi, uel tecum.

Con

Conuixit nobis, Il ha uescu auec nous. *Plautus ablatiuum tribuit cum præpositione.* Is in Amphitr. Vt hodie tecum conuiuerem.

Terentius in Andria: Intereà mulier quædam abhinc triennium ex Andro commigrauit huic uiciniæ, *Est uenue demourer en ce uoysinage.*

Commori tibi cupio, siue tecū, Ie ueux mourir auec toy.

Colludo tibi, siue tecum, Ie me ioue auec toy, ou à toy.

Horatius in Arte poëtica, Colludere paribus dixit, *Se iouër auec ses compaignons.*

SVB.

Subiacent fortunæ.
Succedo, Subijcio, Subest.
Subolet patri.

Datiuo & illa iunguntur.

Subiacet fortunæ, Il est subiect à fortune. *Plinius epist. lib. 5.* Quinetiam Apennino saluberrimo montium subiacent, *ilz sont dessoubz.*

Cicero in Pisonem: Cum tu non solùm quòd tibi succederetur, sed etiam quòd Sabino non succederetur, penè exanguis ac mortuus concidisti, *Que te succedoit.* Vergilius quarto Aeneid. Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes? *Est entré en noz possessions?*

Plinius: Cum totam uillam oculis subijcere conamur, *Vous descrire clairement.* Vergilius,

-& ramea costis

Subijciunt fragmenta, *Ilz soubmettent.*

Plinius: Suberant tecto abiegnæ trabes, *Estoient dessoubz.*

Subire. Se souuenir: aliàs datiuo, aliàs accusatiuo subijci gaudet. Curtius: Cogitationi nostræ nunquam subijt. Idem: Sera pœnitentia subijt regem.

Et infinitiuo. Plinius: Subijt antiquitatem mirari.

Subit tectis, siue tecta: pro eo quod est, ingreditur, passim occurrit.

Terentius in Phorm. Nunquid patri subolet? Mon pere ne sen doubte il point? Subolere dixit suspectum esse, metaphora prouerbiali.

ANTE.



Anteſtat, Antepono, Anteſero te omnibus.

Antecedit, Anteuertit, Antecellit omnibus, uel omneis.

Anteeo te, non tibi.

Præterea in datiuum feruntur hæc. Gellius: Qui & uiribus, & magnitudine, & adolescentia, simulq; uirtute cæteris anteſtabat, Estoit plus excellent.

Cicero: Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis, Que vous prefériez amitié à toutes choses. Idem: Qui me antetuleritis nobilitati, Qui m'auez preferé à noblesse.

Antecedere, Aller deuant. Terent. in Phorm. Iam' ne ea præterit? Non, uerùm ei hæc antecessit.

Cum accusatiuo. Cicero: Biduo me Antonius antecessit itinere.

Idem: Celeriter antecellere omnibus ingenijs contigit.

Idem: Qui eloquentia cæteris antecellit, Qui est plus eloquēt que tous les autres. Antecellere omnibus, uel omneis, Passer tous les autres en quelque sçauoir ou bonté.

Cicero

Cicero in Lælio: Atq; idipsum, cum tecum agere conarer, Fannius anteuerit, Il s'auança de parler premier, & dire deuant moy. Inelegantiũ est sermo, Abstulit de ore. Terent. Miror ubi huic anteuerterim, Ie m'esbahys en quel lieu ie l'ay passé sans le ueoir. Terent. ô Phædria, incredibile est, quanto herum anteeo sapienti.! Que ie suis beaucoup plus saige que mon maistre. Cui uerbo autor datiuũ apponi negat. Tamẽ Gellius lib. 1. Quanto, inquit, Olympicum stadiũ cæteris pari numero factus anteiret. Et Plaut. Virtus omnibus rebus anteit profectò, Vertu ua deuant toutes choses.

POST.

Posthabeo. Postpono famam pecuniæ.

Posthabeo, postpono famam pecuniæ, Ie ne prise pas tant renommée que argent, & en tiens moins de compte.

OB.

Obgannit nobis, Occinit, Obturbat. Oppono, Obijcio, Oppedo, Obmurmuro.

Terentius à bruto animali translatione sumpta Obgannire dixit, odiosè loqui. In Phormione: Habet hæc ei, quod dum uiuat, usq; ad aurem obganniat. Luy rompe les aureilles de criz & courroux.

Obgannit nobis, Il nous romp les aureilles.

Occinere, Contrechanter,

Obturbare. Terentius in Andria: Ita'ne uero obturbat? Est il ainsi qu'il trouble tout?

Quintilianus lib. 10. Nam Ciceronem cuiq; eorum fortiter opposuerim, Mettray à lencontre.

Terent.in Phorm.Ager oppositus est pignori ob decem minas, Le champ est engaigé pour cent escuz.

Plaut.in Epid. Neq; ille haud obijciet mihi pedib. prouocatum, Il ne me reprochera point. Frequentius uerbum, Pour mettre au deuant. Plautus in Curcul.C ni Dij sunt propitij, lucrum ei profectò obijciunt.

Horatius in Sermon. Vin' tu curtis Iudæis oppedere? prouerbialiter reclamare, & contendere.

I N.

Indormis saccis.
Inuigilas chartis.
Immoraris, Immóreris,
Insudas studijs. Insides saxo.
Illudo tibi. Insulto.

Cicero in Philip. An faces admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem? Qui es endormy de soing que tu as en cest affaire?

Inuigilas chartis, Tu es soigneux des lettres.

In eadem re dixit Horatius in epistolis,

Immoritur studijs, & amore senescit habendi. Il se tue de trauailler.

Plinius in epist. Per hoc enim assequebamur, primum ut honestis cogitationibus immoraremur, Que nous nous arrestißions a pensées honnestes. Quintilianus lib. 2. Ne terrenis immorer, Affin que ie ne m'arreste point sur, &c.

Insudas studijs, Tu trauailles trop.

Vergilius: Floribus insident uarijs, Se posent. Insides saxis, Tu es posé sur les pierres. Cui uerbo accusatiuus interim

rim

rim datur.

Vergilius: Certantiq; illudere capto, Se mocquer. Datiuus additur. Accusatiuus autem in illo Terentij in Andr. Dum studeo obsequi tibi, penè illusi uitam filiæ, Iay presques mis ma fille en diffamation.

Suetonius in Cæsare: Ex eo insultaturum omnium capitibus. Sallustius: Multos à pueritia bonos insultauerat. Insultare, Se mocquer, Auoir en derision. Cuius, ut uides, uariat syntaxis.

Inniteris arundini.
Nitor quoque simplex, nititur suis uiribus. Imminet capiti.
Impendet omnibus periculum.
Incessit mihi cupiditas.

Inniteris arundini, Tu es appuyé sur une canne. Cicero pro Cluent. Hoc igitur iudicium reprehendas tu, cuius accusatio rebus iudicatis inniti uidetur.

Nitor quoque simplex datiuo iungitur. Quintil. lib. 12. Quem iuuenem, tenerisq; adhuc uiribus nitentem, in forum deducemus. Et ablatiuo. Cic. Offi. 1. Quorum consilio atq; autoritate nitatur. Idem pro Cluent. Altera pars mihi & magnopere confidere uidebatur inuidia iam inueterati iudicij Iuniani, Prendre là son pied atq; hic fiduciam causæ collocare, ut uult Budæus in commentarijs Græcæ linguæ. Huic uerbo Fabius accusatiuum cum præpositione (ad) dedit. Is libro 1. Altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur, quàm qui præsumpta desperatione circa ima substiterint, Qui s'efforceront de paruenir en hault. ut Cicero, Niti ad gloriam & immortalitatem, in Catone Maiore dixit. Ibi-

dem sine casu, Quantum quisq; potest nitatur, Qu'il mette peine.

Imminet capiti periculum, Le danger est bien pres & prochain. Et, Imminet in caput. Cicer. Philipp. 7. Qui in Gallia delectus habent, qui in nostras fortunas imminent.

Cicero de Senect. Mortem igitur impendentem omnibus hominibus timens, quis possit animo consistere? Laquelle est preste à cheoir sur tous.

Accusatiuum habet apud Terentium in Phor. Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala, Tant de malheurs sont pres de cheoir sur toy.

Incessit mihi cupiditas, L'affection m'est uenue. Valerius Max. Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit.

Accusatiuus hic est tolerabilis. Terentius in Andr. Noua nunc religio te isthæc incessit, cedo. Incessit me ille, Il me cerche pour me faire desplaisir.

Inest illi, uel in illo.
Incidit mihi lis cum nebulone.
Intermiscet uera falsis.
Interserit. Interijcit.
Interfuit conuiuio.
Interuenit colloquio.

Cic. in Lælio: Inest in amore fructus, Il y ha du profit à aymer. Quintilianus: Sed naturis ipsis ars inerit.

Incidit mihi lis cum nebulone. I'ay prins noyse auec un lanternier. Terentius in And. Qui isthæc tibi incidit suspicio? Dont te uient ceste suspicion? Hoc & accusatiuo cum (in) iungitur. Cicero de Amicitia: In eum sermonem eum

incide

incidere, Qui tenoit ce propos. Ibidem: Si in honoris contentionem incidissent, S'ilz fussent uenuz à briguer un office.

Intermiscet uera falsis, En mentant il dit quelque uerité.

Intermiscet, Il mesle parmy.

Interserit, idem. Plinius in epist. Prædia agris meis uicina, atq; etiam interserta, uenalia sunt.

Liuius libro primo, Aliaq; interiectas collibus ualles, Mises parmy.

Cicero ad Brutum: Qui nostro sermoni interfuit. Ponitur cum ablatiuo, & (in). Idem ad Plancum: Siquid erit, in quo interesse necesse sit, nũquam deero, Ou il soit necessaire se trouuer. Interfuit conuiuio, Il ha esté au banquet.

Quintil. libr. 9. Græci parenthesim uocant, dum continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit. Interuenit colloquio, Il est suruenu sur les paroles.

CONTINGENTIAE.

Contigit mihi, Accidit, Euenit, Vsuuenit, Obtigit, Cessit, Successit, Obuenit, Vertit, Cecidit.

Cognatæ significationis sunt hæc, quibus apponitur datiuus. Terentius in Heaut. Isthuc tibi ex sententiã obtigisse Lætor, Ie suis ioyeux que cecy t'est uenu comme tu uoulois.

Idem in Hecyra: Quæ nec opinanti accidunt, Qui suruiennent sans qu'on y pense.

In Phormione: Mihi usuuenit, hoc scio, Cela m'est aduenu. Quintilianus libro 2. Sunt qui labori isti successerunt, Qui ont prins ceste charge. Terẽtius in Adelph. Quæ res

tibi

tibi uertat malè, Ie uouldroye qu'il t'en print mal, ou qu'il t'en uint mal. *Bene uertat*, Malè uertat, *formulæ sunt optantis, uel imprecantis, ut res bene uel malè eueniat.*

CONFIDENDI.

Fido, Confido, Fidem habeo, Fidem facio, Fidem do, Polliceor, Spondeo, Nubo.

Confidendi uerba à posteriori datiuum habent, quorum hic sylua ponitur.

Cicero de Amicit. Ego uerò non *grauarer, si mihi ipse confiderem.* Si ie sentoye en moy que ie le puisse faire.

Terentius in Eunucho : *Miseram me, forsitan hic mihi paruam habeat fidem*, Par aduenture il ne me croit pas beaucoup, & ne se fie pas en moy.

Facere fidem, Faire croire. Cicero in *Pisonem* : Non *facies fidem, scilicet cum hæc disputabis*, On ne uous croira pas. Idem in Catil. 1. *Fidem faceret oratio mea*, Mon dire seroit creu, ma parolle feroit foy.

Fidem dare, Promettre la foy. *Terentius* in *Hecyra* : *Si mihi fidem das te taciturum*, Si tu me prometz la foy de n'en dire mot.

Plautus in Aulu. *Pollicitus sum illi mercedem*, Ie luy ay promis salaire.

Idem in Trinum. *Spondén' ergo tuam gnatam uxorem mihi?* Me promettez uous uostre fille en mariage?

Terentius in Andria, *Aiebant hodie filiam meam nubere tuo gnato*, Que ma fille se marioit à uostre filz.

Et cum ablatiuo intercedente (cum) ponitur.

Plautus in Asin. *Dum quidem cum illo nupta eris.*

ITEM HAEC,

Liquet, Vacat, Placet, Displicet, Dolet, Licet, Succenseo, Indignor, Miror.

Adhæc, sequentia cum datiuo reperies.

Liquet, Il est tout cler. Terentius in Eunucho:
Illum liquet mihi deierare his mensibus
Sex uel septem prorsum non uidisse proximis,
Nisi nunc, cum minimè uellem.

Quintil. *Cui esse diserto uacat, Qui ha soucy d'estre disert.* Et pro *otiosum esse.* Ouidius:
Non uacat exiguis rebus adesse Ioui.

Et pro *operam dare.* Plinius in epist. *Aut etiam corpori uaco.*

Pro *uacuum esse* cum ablatiuo. Cicero Curion. *Præsertim cùm in quo accusabar, culpa uacarem, Ie n'estoye en rien coulpable.* Et *uacare à bellis* idem dixit.

Placet mihi, Il me plait.

Displicet tibi, Il te desplait.

Terentius in Phormione:
Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam Nausistrata? Et quo tuo uiro oculi doleant? Que ton mary soit marri de le ueoir?

Cicero primo Tuscul. *Licuit enim otiose esse Themistocli, Il luy ha esté permis.*

Terent. in Heaut. *Nihil succenseo nec tibi, nec huic, Ie ne me courrouce point ne à toy ne à luy.*

Indignor, eodem intellectu effertur.

Cicero in Tusc. *Cui cùm Lysimachus rex crucem minitaretur.* Idem pro Mil. *Quorum utriq; mortem est minitatus,*

tus, Il les ha menassez de les faire mourir.

DATIVI ADVERBIALES.

APPENDIX.

Adduntur & hi datiui aduerbiales: Tempori surgendum,
Vesperi uenit,
Luci occidit hominem.

Datiui tres, Tempori, En tems opportun. Vesperi, Au uespre, sur le tard. Luci, De iour, pro aduerbijs temporis ponuntur.

Plautus: *Sed si uenturus tempori.* Teret. in Heaut. *Nunquam tam mane egredior, neq; tam uesperi Domum reuertor, quin te in fundo conspicier Fodere.*

Vesperi uenit, Il est uenu sur le uespre.

Cicero in Philip. *Quis enim audeat luci & in militari uia? Luci occidit hominem, Il l'ha tué de iour.*

Verbis aliquoties datiuus festiuitatis, id est, iucunditatis gratia adiungitur.

Suo sibi hunc iugulo gladio:

Demea Terentianus, Suo, inquit, sibi hunc iugulo gladio, Ie le bas de son mesme baston. Sumpta metaphora ab ijs, qui in pugna suis ipsorum telis confodiuntur. Vbi datiuus (sibi) nulla necessitate, sed tantum iucunditatis gratia adiungitur.

Est pro habeo.

Est tibi mater. Non est tibi quod agas. Et, Intercedit mihi cum illo familiaritas.

(Est) habendi significatione utimur cum datiuo. Terentius in Adelphis:

Natura tu illi pater es, consilijs ego.

Est tibi mater, C'est ta mere.

Non est tibi quod agas, pro eo quod est, Non habes *quod agas, tu n'as rien à faire.*

Intercedit mihi cum illo familiaritas, Nous auons familiarité ensemble. *Eodem modo dicimus, Intercedit mihi tecum amicitia. Intercedit tibi cum illo affinitas. Intercessit uero Tribunus:* Gallicè, Il s'est opposé. *Valla lib. 3.*

GEMINI DATIVI.

Nonnunquam geminos habet datiuos.

Non sit tibi curæ.

Interim uerbo (est) datiuus unus & alter accedit.

Non sit tibi curæ, N'en ayez point de soucy.

Vergil. Phœbo mea carmina curæ. Subaudi, sunt.

Terentius: Sunt hæc tibi nuptiæ cordi? Ces nopces vous sont elles aggreables?

Cicero pro Cluentio: Quæ res nemini unquam fraudi fuit, laquelle chose ne fut iamais dommageable à aucun.

ITEM HAEC.

An id sibi studio habet?

Hoc tu tibi laudi ducis.

Speras tibi laudi fore, quod mihi uitio uertis?

Dedit mihi uestem pignori, dono, mutuò.

Dedit mihi pecuniam fœnori.

Terentius in Adelphis: Vtrum studio'ne id sibi habet, an laudi putat Fore, si perdiderit gnatum? Passe il là son temps?

Cic.2.Offic.Habere enim quæstui Rempubli.non modo turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium, Gouuerner la chose publique à son profit, dixit: quemadmodum dicimus habere risui, habere ludibrio, habere curæ, habere prædæ. Quod tamen non itidem liceat in cæteris omnibus.

Terent.in Adelph. Tu nunc id tibi laudi ducis, quod fecisti inopia, Vous reputez estre honneur à uous.

Ad hũc modum dicimus, Ducere uitio, Estimer mal fait.

Ducere damno, Estimer dommageable.

Ducere probro, Prendre à deshonneur.

Ducere honori, Reputer estre honneur.

Speras tibi laudi fore, quod mihi uitio uertis, Tu esperes que ce sera honneur à toy, ce que tu reputes n'estre pas bien fait à moy.

Plautus in Epidico: Quis erit, uitio qui id non uertat tibi? Qui ne te blasme de ce?

Dicitur & in crimen uertere, uel in uitium. Liuius, Romanos mihi obijcis, & ea quæ gloriæ esse debent, in crimen uertis.

Do, geminos datiuos habet. Plautus in Mostel. Quadraginta etiam dedit hucusque pignori, Il ha mis en gaige.

Terent

Terent. in Eunuch. Hanc tibi dono do, Ie uous en fais un don. Plautus in Curcul. Sub ueteribus, Ibi sunt qui dant, quiq; accipiunt fœnori, Qui prestent à usure. Terent. in Andr. Nunc quam rem uitio dent, quæso animum aduortite, Que c'est qu'ilz desprisent. Cicero in Bruto: Quinetiam memini, cum in accusatione sua Q. Gallo crimini dedisset. Dare crimini, Blasmer.

ACCVSATIVVS POST VERBVM.

Verba transitiua cuiuscunq; generis, exigunt accusatiuum significantem id quod patitur: ut,

Saluta patrem. Numeras arenam.

Bibis uinum. Loqueris mēdacium.

Osculatur uxorem.

Tædet, Piget, Pudet, Pœnitet, Miseret me tui.

Decet te. Non decet senem.

Dedecet uirginem impudentia.

Antiqui dicebant & Decet tibi.

Transitiua uerba appellat, quorum significatio in aliud ceu patiens, transfunditur.

Saluta patrem, Salue ton pere.

Numeras arenam, Tu pers ta peine, Tu n'auances rien. Quæ oratio parœmiam redolet,

f Loque

Loqueris mendacium, Tu dis mensonge. *Plautus in Amphit. Hæc quidem deliramenta loquitur*, Elle ne fait que resuer. *Idem: Quæso loquere tuum mihi nomen*, S'il uous plaist dictes moy uostre nom.

Idem in Mostel. Quid tute tecum loquere? Que parles tu à toymesme? *Cicero de Amicit. Nulla uidebatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur. Obseruet puer hoc uerbum in casus uarios ferri.*

Osculatur uxorem, Il baise sa femme.

Decet te, Il te conuient, *Plautus in Mostel. Contempla, amabò mea Scapha, satin' hæc me uestis deceat*, Si ceste robe me sied bien. *Non decet senem*, Il ne conuient pas à un uieillard.

Dedecet uirginem impudentia, Il est deshonneste à une fille de n'estre point honteuse. *Ouid. sexto Meta. Admouitq; preces, quarum me dedecet usus.*

A uetustate est repertum, Decet tibi, cum datiuo. Terent. in Adelph. Imò hercle ita nobis decet.

DVO ACCVSATIVI.

Sunt quæ geminum admittunt accusatiuum.

Docuit me literas.

Dedocebo te istos mores.

Reposcit me mutuum.

Rogat, Orat, Flagitat, Exorat te ueniam. Postulo, Flagito.

Peto abs te hanc rem, frequentius

quàm

quàm te, ſine præpoſitione.

Eſt aliud uerborum genus cum duobus accuſatiuis, quæ natura ſua ſignificant doctrinam preces'ue.

Docuit me literas, Il m'ha enſeigné la ſcience. *Cicero in epiſt. Silij cauſam te docui.*

Dedocebo te iſtos mores, Ie uous feray bien oublier ces couſtumes. *Nam pr\[ae\]gnantibus uerbis eadem eſt cõſtructio.*

Quintil. lib. 2. Equidem prius, ac difficilius onus dedocendi, quàm docendi.

Terentius, Primùm hoc te oro.

Popoſcit me mutuum, Il m'ha demandé ce qu'il m'auoit preſté. *Cicero in Verrem, Et parentes pretium pro ſepultura liberûm poſceret.*

Plautus in Bacchi. Hanc ueniam illis te uxorem ſine, Pardonne leur pour l'amour de moy.

Exoraui præceptorem ludendi ueniam, I'ay obtenu du maiſtre congé de iouer.

Vergilius 2. Aeneid. Pacem te poſcimus omnes, Nous uous requerons paix.

Peto magis amat accuſatiuum cum ablatiuo præpoſitione affixa. Cicero de Seneċt. Ab eis cenſeo petatis, qui iſta profitentur, Ie ſuis d'aduis que le demandiez à ceux qui monſtrent & enſeignent cela.

Exuo, Induo, Veſtio, Calceo, Cingo, poſteriorẽ, hoc eſt, accuſatiuum rei, ſæpius mutant in ablatiuũ. Exuit ſe chlamydem, ſiue chlamyde. Accinxit ſe gladio.

Induendi uerba ſiue his contraria, accuſatiuum cum

ablatiuo admittunt: rarius accusatiuos duos.

Exuit *se chlamydem, siue chlamyde*, Il ha despouillé sa cotte darmes. *Chlamys, uestimentum non dissimile ei, cui intexti liliorum flores, quodq; induti reges Gallorum, depingi solent:* Autor *Lazarus* Baysius. *Budæus credit esse, quam cottam armorum uocamus.*

Induo, uestio, Vestir. Cicero act. 7. in Verrem, *Ipse sese induit priore actione.*

Calceo, Chausser. *Plinius libro* 7. Nos quoque uidimus *Athenatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quinquagenarium thorace plumbeo indutum, cothurnisq; quingentorum pondo calceatum, per scenam ingredi.*

Gellius, Scuto pedestri, & gladio Hispanico cinctus, Ceint.

Accinxit *se gladio*, Il ha prins son baston à son costé.

Tacitus in undecimo, Feruntq; militem, quia extra uallum non accinctus: atq; alium quia pugione tantum accinctus foret, morte punitos. Vergilius Aeneid. 7.

Fidoq; accingitur ense.

Quintil. lib. 12. *Horum scientia debet esse succinctus, accedēte uerborum, figurarumq; facili copia. Sumpta translatione à militibus, qui succincti dicebantur, accincti quoque gladio.*

Infigat puer altius animo uoces illas, quæ ad contexendas huiusmodi formulas pertinent.

Indusium, Vne chemise.

Thorax, Vn pourpoint.

Thorax lineus, Pourpoint de toile, *Suetonio*.

Tunica un sayon.

Tunica linea, Roquet, une canie. *Apud meos* Lemouices, Vne Bliaude.

Vestis,

Vestis, Stola, Vne robbe.
Vestis hodœporica, Vne robbe courte.
Vestis talaris, Robbe longue.
Vestis serica heteromalla, De uelours.
Amphimalla uestis, Vn fredin, *qua utrinq; uillosa, nautæ utuntur & agricolæ.*
Heteromalla uestis, Cappe: *quæ nautis præcipuè Burdegalæ, uestis usum præstat.*
Palla Gallica, Palletoc, ou aubergeon.
Tibialia, Bas de chausses.
Amictus pelliceus, Vne aumuce.
Epomis, Chaperon de maistre.
Lacerna uel pallium, Vne cappe de docteur. *Vnde Lacernati doctores.*
Caligæ, Des chausses.
Subuculum, Vne braye.
Feminalia, Haut de chausses.
Plaga, Toile de femme pour couurir sa teste pendente derriere, *qua Vasconicæ mulieres & Lemouicum ingenuæ utuntur.*
Gallicæ, Nos gallozas dicimus, Des sabotz.
Crepida, Vn patin, ou soulier escolleté. *Ex Gellio.*
Calceus fenestratus, Soulier d'obseruantin.
Armillæ, armillarum, Braceletz.
Ocreæ, ocrearum, Des houseaux.
Prætexta, Robbe ou sayon bandé. *nam prætexere*, brodare: *prætexturam, cimosiam dicimus*, un bort.
Cestus, Vn tissu, ou demy ceinct d'une espousée.
Zona, Ceinture.
Funis canabeus, La ceinture d'un cordelier.
Chirotecæ, Des gantz.

Penula, Vn manteau.

Vitta, Des templettes ou bandeaux, quod insigne pudoris Lemouicum puellæ ferunt.

Reticulum, quam coëpham uocamus.

Toga rara, Robbe de chambre.

Synthesis, Robbe de liurée: cuiusmodi satellitum uestis.

ACCVSATIVVS REI ET PERSONAE.

Quædam utrumuis admittunt, rei, seu personæ.

Vicit te, &, Vicit litem.

Excusat se: &, Excusat ualetudinem.

Accusat te: &, Accusat tuam negligentiam.

Vicit te: & Vicit litem. Il ha gaigné la cause ou le proces contre toy.

Cicero de Oratore, *Cum eloquentia uincebat cæteros medicos.* Idem, *Ac sine dubio in omni re uincit imitationes ueritas*: id est, superat & potior est. Idem, *Me uno defendente uicit.*

Excusat se, Il s'excuse. Plaut. in Asinaria, *Vxori excuses te*, Excusez uous enuers uostre femme.

Excusat ualetudinem, Il dit que sa maladie en ha esté cause. Plinius, *Oculorum ualetudinem excusauit.* Il ha dit que le mal qu'il auoit aux yeux estoit en cause qu'il n'estoit uenu. Vide Vallam lib. 5.

Accusat te: & Accusat tuam negligentiam: ut crimen accusatiuo casu efferatur, quod frequentius in genitiuo locum

cum habet. Nam Accuso te negligentiæ potius diceretur. Altera tamen oratio uetustatis fide non caret. Cicero ad Quintum fratrem, Nam quòd inertiam accusas adolescentium. Tacitus de Claudio, Cum modo incusaret flagitia uxoris, in quibus Græca imitatio est. Vide Budæum.

MOTVS AD LOCVM.

Quæ significãt motum ad locum aliquem, accusatiuum postulant nominis proprij, citra præpositionem. Eo Romam. Redijt Athenas. Nauigauit Carthaginem.

Eo Romam, A' Romme. Cicero ad Atticum 7. Capuam uenire iußi sumus ad Nonas Februarias.

Redijt Athenas, Il est retourné à Athenes. Cicero ad Atticum 7. Spemq́; adfert, si in Picenum agrum ipse uenerit, nos Romam redituros.

Nauigauit Carthaginẽ, Il est allé à Carthage par mer. Ne hic puer se torqueat, an hic casus legibus seruitutis solutus sit, emendata orationis structura contentus.

Item hæc:

Confero me domum.

Recipio me rus.

Nã appellatiuis siue maiorũ locorũ uocabulis, ferè præpositio addiť.

Profectus est in Hispaniam.

Reuersus est in Prouinciam.

Abijt in forum.

Appellatiua duo (rus) & (domus) ad hunc modum sine præpositione ponuntur.

Confero me domum, Ie m'en uois à la maison.

Recipio me rus, Ie m'en uois aux champs. *Terentius in* Phormi. *Neque me domum nunc reciperem, nisi mihi hic esset spes ostensa.*

Cæteris appellatiuis additur præpositio. Cicero *ad* Atticum *nono,* Nos autem audieramus eum profectum siue ad Pompeium, siue in Hispaniam, en Espaigne.

In Aquitaniam, En Guienne.

In Angliam, En Angleterre.

In Prouinciam, En la Prouence, ou au pais bas.

In Germaniam, En Germanie.

In Italiam, En Italie.

Abijt in forum, Il s'en est allé en la court.

Cæsar lib. 7. Belli Gal. *Duas reliquas in Lemouicum fines non longè ab Aruernis misit,* Sur les marches de Limosin, pres d'Auuergne.

Cicero Appio Pulchro, Ego in Prouinciam ueni pridie Calendas Sextiles. Idem, Quin tu in malam rem abis? Imprecantis oratio est.

Et uirorum proprijs. Cicero *in* Lælio, *Quo mortuo me ad pontificem* Scæuolam *contuli.*

Proprijs autem admodum rarò. Cicero *ad* Attic. 8. Cùm Esset incertum iter Cæsaris, quòd uel ad Capuam, uel Luceriam iturus putabatur.

Cæsar 6. Belli Gall. *Consilium in Lutetiam Parisiorum transfert,* A Paris. Hi Parisij, Les gens de Paris.

Idem libro 7. Ille oppidum Biturigum positum in uia, Nouiodunum oppugnare cœpit. Hi Bituriges, Les gens de leuesché

leueſché de Bourges, quo modo dici ne debeat, lectoris cadat iudicio. Ad oppidum Lemouicum proficiſcar, à Limoges, Hi Lemouices, horum Lemouicum, his Lemouicibus, Les gens de Limoſin. Sic oppidum Petragoriorum, Perigueur. Oppidum Pictonum, Poitiers. Oppidum Xanctonum, Xainctes. Oppidum Garitum, Agen. Qui appellatione non me fugit ipſius Prouinciæ urbem aliam à Metropoli uenire poſſe. Cicero pro Flacco, Cum maximo ornatißimoq; comitatu uenit in oppidum Græcorum.

Sed quid hæremus? Docet Budæus (ad quod exemplum uirtutis mens mea dirigi ſtudet) & prouinciæ, & urbis eandem appellationem eſſe, Is in epiſtolis: Vale Pariſijs, de Paris: millies uſurpat, cum tamē Pariſios, populum eſſe conſtet. Idem, Vale ad Remos, oppidum celebre, quomodo dicam, Vale Lemouicibus, de Limoges. &, Vado Lemouices. Vale Xanctonibus, De Xainctes. Vale Auſcis, De Aulx. Et Alciatus, Vale Biturigibus, De Bourges.

Ex Budæo & illud docebo: Vale Bleſis, De Blais. Vale Ambaſiæ, De Amboiſe. Vale Trecis, & Vale ad diui Germani, De ſainct Germain.

SPATIVM TEMPORIS.

Quibuslibet uerbis apponit̃ accuſatiuus ſignificans ſpatiū temporis.
Potauit totam noctem.
Hic totum deſedi diem.
Viginti annos natus eſt.
Iam ſeculum te opperimur.

Potauit totam noctem, Il ha yurogné toute la nuict.

Terentius in Eunucho, Vbi totum desedi diem, Là où i'ay demouré aßiz en seiour toute la iournée.

Iam horam hic desedi, Il y ha une heure que ie suis icy. *Viginti annos natus est, durum est*, Habet uiginti annos.

Terentius in Eunucho, Verum si ea uiuit, annos nata est sedecim. Cicero de Senectute, Arbitror te audire Scipio, hospes Masinissæ quæ faciat, hodie nonaginta annos natus, Qui ha auiourdhuy quatre uingtz & dix ans.

Iam seculum te opperimur, Il me semble qu'il y ha cent ans que ie uous attens. *Hyperbole hæc est prouerbialis, prolixum tempus significans.*

Cicero de Senectute, Viginti duos annos ei sacerdotio præfuit, Il ha tenu uingt & deux ans ce benefice.

APPENDIX.

Quanquam hic aliquoties in ablatiuum uertitur.

Commoratus est apud nos tribus horis: seu tres horas.

Accusatiuo siue ablatiuo indifferenter utimur, continuum tempus significantes.

Commoratus est apud nos tres horas, siue tribus horis Trois heures.

Plinius, Nihil salutare, nisi quod toto anno salubre.

Cicero 1. Offic. Annum iam audientem Cratippum.

Qui duxit uxorem, uno mense felix est, Qui se marie, n'ha de bõ temps qu'un moys. *Sed usitatior accusatiui usus.*

APPENDIX.

At quoties non spatium, sed species temporis significatur, ablatiuus

tantum

tantum apponitur.

Nocte uigilas. Luce dormis.

Aestate domi desides.

Hyeme nauigas.

Superioribus diebus ad te scripsi.

Anno proximo te uisam.

Significatur autem species, cùm interrogatio fit per quando: ut,

Quando uenies? Hora tertia.

Spatium uerò, cùm fit interrogatio per quandiu: ut,

Quandiu uigilasti? Duas horas.

Nocte uigilas, Tu ueilles la nuict.

Luce dormis, Tu dors le iour.

Aestate domi desides, Tu demeures oysseux en ta maison l'esté.

Hyeme nauigas, En hyuer tu nauiges en eaue.

Cicero, *Superioribus diebus ueni in Cumanũ*, Ces iours passez. Et iterum, *Qui his paucis diebus Pontifex factus*. Et in futuro, *Paucis diebus eram domesticos tabellarios missurus*, Dedans peu de temps. Vt, *Anno proximo te uisam*, Ceste année ensuyuante ie uous iray ueoir.

Cicero Cornificio, *Liberalibus literas accepi tuas*, Le iour de Pasques i'ay receu uoz lettres.

Sic *Hilaribus*, Le iour de caresme prenant.

Cineralibus, Le iour des cendres.

Sote

Soterijs, Le uendredy sainct. Quæ neutra sunt numeri pluralis. Hoc Budæus *me docuit in quadam epistola ad Erasmum.*

Eiusdem generis est & illud, Die festo siquid prodegeris, profesto egere liceat, Si uous despédez prodigalement le iour de feste, uous en aurez faute le iour ouurier.

Et, Iustis diebus non exigetur pecunia, On ne contraindra pas à payer durant le terme de la court.

Hi erant triginta dies dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent.

Fasto die uadimonium deseruit, Le iour de la court il est escheu en default. Fastus dies, Le iour que la court se tient. Dies nefastus, Le iour que la court ne se tient pas. Status dies, Le iour de l'ordinaire.

Additur interdum præpositio. Horatius, Surgunt de nocte latrones. Quintilianus libro 1. *Quæ per uiginti annos erudiendis pueris impenderam.*

Terentius, In hoc biduum Thais *uale, A Dieu pour ces deux iours.*

Triduum, Trois iours. Quatriduum, Quatre iours. Cicero in Somnio Scipionis, Qui ad multam noctem uigilassem. Idem dixit ad Atticum, Ab hora octaua ad uesperam secreto collocuti sumus.

SPATIVM LOCI.

Quibusdam & loci spatium eodem modo apponitur.

Iam mille passus processerant.

Patet in longum quingenta stadia.

Latum culmum, Latum unguem.

Latum

Latum digitum.
Pedem hinc ne discesseris.
Abest ab urbe sesquimilliarium.

Loci spatium in accusatiuo ponimus.

Iam mille passus processerant, Ilz auoient ia passé demy lieue. *Passus, mensura quem brassam appellamus, ulnæ non admodum dissimilis.*

Liuius, Cum tridui uiam processissent, Quand ilz eurent passé oultre trois iournées de chemin. *Via unius diei,* Vne iournée de chemin.

Patet in longum quinquaginta stadia, Il se monstre de long quatre lieues. *Stadium, Octaua pars milliarij,* Vn iect d'arbalestre, *à nobis dici potest. Cæsar in Commẽtar. Hercyniæ syluæ latitudo nouem dierum iter expedito patet,* Neuf iournées.

Cicero Academicarum Quæst. 2. Ab hac regula mihi non licet transuersum (ut aiunt) unguem discedere. Plenus undequaq; consensus significatur. Il ne m'est pas permis d'aller à l'opposite en rien.

Plautinus Euclio in Aulul. Si tu hercle ex isthoc loco digitum transuersum, aut unguem latum excesseris, Si tu pars d'icy la longueur du doigt, Si tu bouges tant soit peu de ceste place.

Cicero in Verr. Act. 6. Digitum non discedam, pro eo quod est, quàm minimo spatio.

Vulgò etiam nunc dicunt, Latum culmum, simili figura pro eo quod est, ne tantillum quidem.

Pedem hinc ne discesseris, Ne te bouge, Ne ua nulle part. *Plaut. in Asin. Ne iste hercle ab ista pedem non discedat. Cicero in Academicis Quæst. A` Chrysippo pedem*

nun

nunquam. Loquitur de Antiocho, *qui reliquis contemptis, Chrysippum per omnia sequebatur.*

Pes duodecim pollicibus nostris constat.

Abest ab urbe sesquimilliarium, Il est loing de la ville trois quartz de lieuë. *Sesquimilliarium, milliarium cum dimidio intelligimus: quæ mensura leucæ nostræ non admodum dissimilis est.*

Cicero, *Cum abessem ab Amano iter unius diei*, Que i'en fusse loing d'une iournée.

Quanquam hic quoq; nonnunquam uertitur in ablatiuum.

Abest à continenti quingentis passuum millibus.

Abest à continenti quingentis passuum millibus, Il est loing de la terre enuiron deux cens cinquante lieuës.

Plinius maior *lib.6.* *Alymnum à proxima continente abest septem millibus passuum.*

Vergilius, *Nec longis inter se passibus absunt.*

Abesse connectitur interim genitiuo, sed per eclipsim accusatiuus (uiam, iter'ue) desideratur.

Cicero *in epist.* *Nos in ea castra properabamus, quæ aberant bidui*, Qui estoient à deux iournées du camp. *Plena enim locutio esset, quæ aberant uiam bidui.* Vt pro Plancio, *Qui cum abessent aliquot dierum uiam.* Ita uariat *oratio.*

RECIPROCVS ACCVSATIVVS.

Quodlibet uerbum, quantumuis *intransi*

intranſitiuū, admittit accuſatiuū nominis ſignificantis eundē actum: ut,

Quam hic uitam uiuitis?

Endymionis ſomnum dormis.

Huius generis ſunt illa,

Longum nauigauit iter.

Hunc ſcio mea ſolidè ſolum gauiſurum gaudia.

Quam hic uitam uiuitis? Quelle uie menez uous icy?

Plautus in Amphit. Vt profectò uiuas ætatem miſer, Que tu uiues toute ta uie miſerablement.

Cicero de Senectute, Tertiam enim ætatem uixerat, Il auoit ueſcul l'aage de trois hommes.

Plaut. in Merc. Quando mihi adimitur, qua cauſa uitam cupio uiuere.

Terentius, Nam ego uitam duram, quam uixi uſq; adhuc, propè iam excurſo ſpatio mitto, La uie que i'ay menée iuſque icy.

Quintilianus, Qui uitam beatam uiuere uolet, philoſophetur oportet, Mener uie bien heureuſe.

Idem lib. 12. Accuſatoriam uitam uiuere, & ad defendendos reos præmio duci, proximum latrocinio eſt, Defendre l'inſtigant durant ſa uie.

Vergilius Aeneidos 12. Amplius hunc oro ſine me furere ante furorem.

Idem Aeneid. 4. Longam incomitata uidetur Ire uiam. Et Ire uia, apud Terentium.

Plaut. in Pſeud. Priuſquàm iſtam pugnam pugnabo.

Item

Item in Aulul. Nam qui amanti hero seruitutem seruit, Qui fert un maistre amoureux.

Liuius: *Atq; ob eam rem noxam nocuerunt. Noxam nocere, est damnum dare,* Faire du mal.

Terent. in Eunuch. *Et quia consimilem luserat iam olim ille ludum,* Il auoit ioué un semblable ieu.

Idem in Phormione, *Cantilenam eandem canis.* Et, *Mirabar, si quid afferres noui,* Ie m'esbahyssoye bien si tu disois quelque chose de nouueau.

Idem in Andria, *Nam hunc scio mea solidè solum gauisurum gaudia.*

Cicero Pæto, *Puto ut suum gaudium gauderemus.* Plautus dixit etiam, *Gaudere gaudio.*

Eiusdem generis sunt & illa:

Longum nauigauit iter. Vergilius,

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Endymionis somnum dormis, Tu ne fais que dormir. *Ab endymionis notissima fabula. Is erat puer apprime formosus, à Luna adamatus, cui quidem illa à patre Ioue precibus impetrauit, ut quicquid optasset, id fieret. optauit Endymion ut perpetuum dormiret somnum, immortalis perseuerans & expers senij.*

Cicero de Lege Agra. *Atque hoc carmen hic Tribunus plebis non uobis, sed sibi ipsi intus canit.*

Sic, *Dicta in te dicere.* Philip. 2. &, *Statuam statuere,* In Verrem Act. 5. &, *Actum agere,* in Lælio.

Illud addam ex abundanti, ne puer ab usu sermonis rege discedat, quatuor uerbi actiui genera esse.

Primum, quod omnibus numeris absolutum (o) finit cuius extat passiuum in or: ut amo, as: amor, aris.

Alterum, quod natura duce dũtaxat sortitur casum tertiæ

tiæ personæ utriusq; numeri:ut,aro:cuius paßiuum sic uariat, aratur, arantur, arabatur, arabantur, aratus est, arati sunt. Plaut. Non aruus hic, qui arari soleat, sed pascuus est ager. *Unde paßiuorum more exoriuntur participia duo, aratus & arandus.* Sic Vergilius, Arte laboratæ uestes: & Arata littora, dixit.

Tertium, cuius tertia persona paßiua, numeri singularis apud receptos autores solum extat. Ouid. Iam tertia uiuitur ætas. Mart. Tota mihi dormitur hyems. Quintil. libro I. Est etiam quidem, ait, tertius modus: ut, Vrbs habitatur, unde & campus curritur, mare nauigatur. *Abs quibus participia duo etiam ueniunt.* Sallust. Quæ negotia multò magis quàm prælium malè pugnatum terrebant. Terent. Decurso propè spatio, &c. Cicer. pro Mur. Ex omnibus pugnis acerrima mihi uidetur illa, quæ cum rege commißa est, & summa contentione pugnata. Catullus, Nox est perpetua una dormienda. in quibus non luxuriet puer, usum secutus.

Vltimum, uerbi actiui genus est, à quo uoces aliquot usus abstulit, quod defectiuum dicimus. Cicer. in Partitionibus, Quot in partes distribuenda est omnis doctrina dicendi? C.P. In treis. C.F. Cedo, quas? Id est dic. *cuius cæteræ personæ desiderantur, præter cedite, dicite.*

ACCVSATIVVS PER FIGVRAM.

Itē illa, Resipit, Sapit adustionē.
Olet lucernam, hircum.
Olet unguenta. Spirat Italiam.
Vox non sonat hominem.
Vineta crepat mera.

Viuũt Bacchanalia. Viuit Cynicũ.

Pleraq; uerba alterius uocis simul intellectum induunt, simul eius syntaxim imitantur.

Sapit adustionem, Il sent le bruslé.

Persius, Cùm sapimus patruos, tunc tunc ignoscite.

Sapit arrogantiam, Il sait de l'arrogant.

Resipiunt iuuenile quiddam, In his translatio est ducta à corporis sensu.

Sic dicunt, Sapit hæresim.

Sapit mel, Il ha saueur de miel.

Persius. Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues: pro, saporem habet, uel repræsentat, Il n'ha pas trop bien pensé à cela, Il l'ha passé bien legierement. Taxat enim poëtarum in scribendo negligentiam.

Huc pertinent & illa: Olet mendacium, Il semble aduis que c'est menterie de ce qu'il dit. Olet lucernam, C'est fait curieusement. Parœmia dicitur de re meditata, multoq; studio elucubrata. Vide Erasmi Chiliadum opus.

Quintil. lib. 8. Si fieri potest, & uerba omnia, & uox huius alumnũ urbis oleant, Que tout sente son bon Latin.

Horatius lib. 1. Serm. Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Alterum spurci est, alterum mollis, Ilz sont tous deux entachez de uice.

Hircus, ait Budæus, fœtor est alarum, quem olent pubescentes, ubi Venerem agnoscere incipiunt. Pastilli autem, sunt pilulæ unguentariæ.

Terentius in Adelphis: Olet unguenta de meo.

Plautus in Mostel.

Non omnes possunt olere unguenta exotica, sicut tu oles.
Sine me alliatum fungi fortunas meas, Tous ne peuuent pas

sentir

sentir le muz comme toy: laisse moy sentir les aulx. Vnguẽta enim (ut scribit Budæus *) non sunt medicamentaria, ut uulgo creditur, sed ad suaueolentiam & delicias inuenta.*

Plautus in Aulul. Aurum huic olet, Il se doubte qu'il ayt un tresor.

Tullianam phrasim redolet, C'est fort bon Latin, Vous *diriez que c'est* Latin de Cicero.

Apul. 5. Meta. Deam *spirat mulier : id est, præ se fert deam. Spirat* Italiam, *Il tire sur la bonté du pais d'Italie.*

Vergilius 1. Aeneid. Nec uox *hominem sonat, Ce n'est pas la uoix d'un homme.*

Horat. *Sulcos & uineta crepat mera, Il ne tient propos que de uignoble, Il ne parle d'autre chose.* Idem : *Si quid Stertinius ueri crepat. Id est, loquitur, prædicat.*

Iuuenalis *Satyra* 2. Qui Curios *simulant, &* Bacchanalia *uiuunt,* Qui *font du sainct prophete, & font grosse chere uiuans comme roys.*

Viuit Cynicum, Il meine une uie austere. Nam Diogenes *ille Cynicus crudis oleribus & simplici aqua uictitabat.*

Boëthius 4. de *Consol. Segnis ac stupidus torpet, asinum uiuit, Il est paresseux.*

Et quę ponunť aduerbiorũ loco. Furit indomitum. Dulce sonat. Toruum tuetur : id est, indomitè, dulciter, toruè.

Adiectiuum aduerbij loco ponitur.

Apuleius: Cùm toruum in eos intueretur.

Furit indomitum, On ne les peult donter.

Vergilius: Sole recens orto, aut noctem ducẽtibus astris.

Tale est illud, Fistula dulce canit, uolucrem dum decipit auceps.

Sicut apud Flaccum: *Magna sonaturum, pro magnè, dulciter, recenter, indomitè, toruè.*

ABLATIVVS POST VERBVM.

Quoduis uerbum admittit ablatiuum significantem qualecunque instrumentum, aut modum actionis.

Exemplum instrumenti.

Petiit me saxo. Cecidit loris.
Enecas odio. Refellis argumentis.
Vincit sapientia.
Conciliauit humanitate multos.
Concordia res paruæ crescunt: discordia maximæ dilabuntur: id est, per discordiam.

Instrumentum appellamus, quo aliquid fit, De quoy.

Petiit *me saxo,* Il me ueult frapper d'une pierre. Lingua *uulgi mancier appellat.* Vergilius:

Malo me Galatea petit lasciua puella.

Plautus *Bene monstrantem pugnis cædis,* Tu le frappes *à coups de poing.*

Cecidit *loris,* Il l'ha batu d'un fouet. Plautus in Persa: *Tu nunc odio me enecas,* Tu me romps la teste,

Refellere *argumentis: id est, probationibus,* Donner obiectz,

ictz, contredire.

Vincit sapientia, Il est plus sage. Plautus in Pœnulo: Cochleam tarditudine uincit.

Conciliauit humanitate multos, Par son humanité il ha acquis la grace de beaucoup de gens.

Sallust. in Iugurth. Concordia paruæ res crescũt, discordia maximæ dilabuntur, Par concorde petites choses croissent, Par discorde grans choses uont au bas.

Exemplum modi.

Mira celeritate rem peregit.
Summa eloquentia causam egit.

Hic tamen apponitur aliquoties præpositio Cum.

Summa cum humanitate tractauit hominem.

Nã instrumentis nõ apponitur. Non enim rectè dicitur, Scribit cum calamo.

Modum Celtismo solemus interpretari, Comment. Cic. Lentul. Nam cùm in sermone quotidiano, tum in Senatu palam sic egit causam tuam, ut neq; eloquentia maiore quisquam, neq; grauitate, nec studio, nec contẽtione, agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorum. Agere causam, Parler pour aucun & plaidoyer pour luy.

Agere summo iure, Proceder en toute rigueur de iustice: Cicero pro Cecinna.

Idem: Agamus igitur pingui Minerua, Parlons grossement,

ment, qu'on nous puiſſe entendre.

Summa cum humanitate tractauit hominem. Il l'ha traicté fort humainement.

Percuſſit pugno: non cũ pugno. Il l'ha frappé du poing.

Scribit calamo: non cum calamo. Il eſcrit d'une plume.

Tãgo te manu: nõ, cum manu. Ie uous touche de la main.

APPENDIX.

His finitima ſunt quæ ad Synecdochen pertinent.

Aegrotat animo magis, quàm corpore.

Diſcruciatur animo. Cãdet dẽtibus.

Rubet capillis: id eſt, ſecundum animum, corpus, capillos.

Poëtæ dicunt per accuſatiuum:

Languet animum.

Rubet faciem. Canet capillos.

Verba ad animi, aut corporis qualitatem pertinentia, modo accuſatiuum, modo ablatiuum amant. Aegrotat animo magis, quàm corpore, Il ſe trouue plus mal de ſon eſprit que de ſon corps.

Plautus in Caſina: Ego *diſcrucior miſer amore, Ie ſuis tourmenté & rauy d'amour.*

Diſcrucior animi, pro animo, dicitur more antiquo.

Plautus: Diſcrucior animi, quia ab domo abeundum eſt mihi, Ie ſuis tout biſcaſié de mon entendement.

Eſt & ſynecdoche: Doleo *ilia, uel ilibus,* Les *flans me font*

ſont mal. Quod non recipit proſa: ſed, Ilia tibi dolent. Dolet mihi caput, La teſte me fait mal. Plaut. in Amphit. Mihi etiam miſero malæ dolent, Les iouës me ſont mal. Idem in Moſtel. Cor dolet mihi.

At ille ſermo apud autores frequens eſt per eclipſim: Doleo uicem tuam, Ie ſuis dolent de ta fortune. Sueton. Se quoq; reſpondit uicem eorum dolere. Et, Dolere interitũ, Ciceroni in Philipp. Et dolere caſum, Salluſtio, in uſu ſunt. Vbi ſubauditur (propter).

Candet dentibus, Il ha les dens blanches.

Canet capillos, Il ha les cheueux blancs.

Rubet faciem, Il ha la face rouge comme un tauernier.

Languet animum, Le couraige luy fault. Il eſt couard.

Vergil. Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis.

Quibus occurrentibus non protinus utendum, cùm ſua cuiq; ſit propoſita uirtus.

COMPARATIVA.

Quæ uim obtinent comparatio- nis, admittunt ablatiuum ſignificã- tem menſuram. Multò præſtat ca- uere, quàm admittere.

Multis, infinitis partibus te uincit.

Duplo ſuperat.

Nimio excellit, antecedit.

Auxeſis uerba peculiariter his amplificamus, quibus & cõparatiua: quare in eũ locũ ſententiam noſtrã differimus.

Multò præſtat cauere, quã admittere, Il uault beaucoup mieux fuyr & euiter, que de faire quelque meſchanceté.

Terēt. in Eunu. Quod cauere poßis, stultū est admittere.

Multis, infinitis partibus te uincit, Il te gaigne de beaucoup.

Duplo superat, Il le surmonte au double.

Nimio excellit, Il le surmonte de trop.

MOTVS A LOCO.

Quæ significāt motū à loco, siue per locū, eadē nomina admittunt in ablatiuo, quę in genitiuo apponebā tur, cū significabatur quies in loco. Discessit Londino, Rure reuersus est, Louanio sum facturus iter.

Discessit Londino, Il est party de Londres.

Rure reuersus est, Il est retourné des champs.

Louanio sum facturus iter, Ie passeray par Louain. Nā facere iter, per locum significat.

Apponit̃ semper præpositio Per, appellatiuis regionum nominibus. Per Italiā eundū est Græciā petenti. Per forum ibis.

Per Italiam eundum est Græciam petenti, Qui ua en Grece, Il fault qu'il passe par Italie. Cicero 10. ad Attic. Etiam illud erat persuasum, Pompeium cum magnis copijs iter in Germaniam per Illyricum fecisse.

Per forum ibis, Tu passeras par le marché en allant.

Cicero ad Atticum: Fecit iter per poßeßionem, in quā animal reliquum nullum est.

Addunt

Adduntur & hi ablatiui aduerbiales: Hac eundum est, illac, istac.

Ablatiuos aduerbiales dixit aduerbia quædam, quæ ablatiui faciem quandam habent, ut, Hâc eundum est, Par icy: Istac, Par là ou tu es. Quæ simile quiddam patiuntur uocabulis in aduerbium transeuntibus.

Qua, pro aliqua parte seu uia: ut, Si qua licebit effugere.

Et relatiuè:

Qua spectat Aegyptum.

Qua, loci aduerbium, Par ou, Par quelle part, dicunt, pleriq; tamen eclipsim esse malunt desiderato substantiuo (parte) seu (uia). Vergilius: Dic mihi qua sit iter, Par ou il fault passer.

Si qua licebit effugere, S'il est permis de s'en fuir par quelque part.

Cicero Attico: Qui uideo te distentißimum esse qua de Butrotijs, qua de Bruto, ut sit sensus: Qua parte de Bruto sermo fit.

Et relatiuè: ut, Qua spectat Aegyptum, Du costé qui regarde Egypte, qui est uers Egypte.

Cæsar 2. Bell. Gall. Qua minimè arduus ad nostras munitiones ascensus uidebatur. Vt Vergilio (quo:) Quò sæpe solemus teneros depellere fœtus.

ABLATIVVS ABSOLVTVS.

Quibuslibet uerbis additur ablatiuus absolutè sumptus.

Me dormiente tu bibis.

Hoc me uiuo non facies.

Hæc fiunt te rege, te consule, te pontifice. Te impulsore feci.

Lilio præceptore tantus hic euasit.

Docti duorum uerborum alterũ, modò uni uinculi nota temporis'ue præfixa fuerit, in faciem participij uertunt. Incidit enim longe felicius participij usus quàm uerbi. Sed huius rei ratio non una est. Nam cõmuni calculo auferendi casus participium est, qui ablatiuus absolutus dicitur. quòd membri & incisi uim, quæ hisce legibus soluũtur, obtineat. Cicero: Nisi explicita solutione non sum discessurus: id est priusquam explicuero.

Terentius in Heaut. Licere speras fore me uiuo patre? De mon uiuant.

Cic. in Parad. Te duce latrocinium in foro constitutum, Toy estant conducteur. Et Offi. 1. Retinenda est igitur huius generis uerecundia, præsertim natura ipsa magistra & duce, Veu que nature le nous enseigne.

Terent. in Eunucho: Here ne me spectes, me impulsore hæc non fecit, Ie ne l'ay point induit à ce faire.

Aliquando solum participium inconsequentiæ ablatiuo legitur, sed in præterito, & genere neutro. Liuius: Et ne ibi quidem nuntiato quò pergerent.

Quintilianus: Excepto, quòd pedes mihi trisyllabos uidetur excedere.

Sallustius: Audito regem in Siciliam tendere.

Autumant pleriq; orationis partem, quæ participia sequitur, nominis uicem supplere. Budæus tamen tantus autor

in commentarijs Græcæ linguæ, ablatiuos à uerbo impersonali esse credit more Græcorum, quo modo Liuius rectis à participio impersonali usus est, Nuntiatum, inquit, Frusinone infantem natum esse quadriennio parem.

Vsus tamen sermonis rex: si eiusdem personæ uerbum fuerit, participio nominandi casus gaudet. Cicero de Amicitia: Itaque ipse mea legens sic afficior interdum, ut Catonem, non me, loqui existimem. Ibidem: Respondet, Lælius. *cuius disputatio est de Amicitia, quam legens tuipse cognosces.*

Si uerò personæ dißimilis utrūq; uerbum est, eius casus participium esto, quē uerbum alterum, si ei apponi poßit, amat. Sallustius in Iugurth. *Impius Adherbalem cruciatum necat, pro eo quod est, cruciat & necat.* Quintil. lib. 1. *Tricesimus dies reddebat uicto certaminis potestatem, Celuy qui estoit uaincu auoit trente iours pour se reuancher.*

Idem 3. *Mihi cuncta rimāti talis ratio succurrit, Apres auoir tout pensé, mon aduis est tel.* Cic. de Senect. *Nec uerò dubitet agricola, quamuis senex, quærēti cui serat, respondere, dijs immortalibus.*

IMPLENDI, ONERANDI.

Verba implendi, onerandi, & his diuersa.

Satio, Saturo, Expleo te fabulis.

Ingurgitauit se cibo.

Obruit se uino.

Oneras stomachum cibo.

Leuabo te hoc onere.

Exonerabo te nummis.
Nudauit, Exuit, Spoliauit me bonis omnibus. Emunxit senes argento.

Explebo te crustulis tenellis. Hoc *crustulum*, Vne oblie. *Crustula saccharata*, Des cornetz. ita Budæus utitur.

Expleo te fabulis, Ie te soule de gaudisseries. Cicero Curioni: *Nõ enim uereor ne non scribendo te expleã*, Ie n'ay point de peur que ie ne te rescriue tant que tu sois content.

Cicero pro Rabirio Posth. *Aestatem unam complureis uarijs refersit istis sermonibus.*

Cicero in Antoniũ: *Cum se cibis ingurgitauisset*, Quand il se fut remply iusques au gosier.

Obruit se uino, Il s'est chargé de uin.

Oneras stomachum cibo, Tu te charges trop de uiãdes.

Quintil. lib. 1. *Sed neq; præceptor bonus maiore se turba, quàm ut sustinere eam poßit, onerauerit*, Vn bon maistre ne se chargera pas de disciples, plus qu'il n'en pourra gouuerner.

Leuabo te hoc onere, Ie te deschargeray de ceste charge. Cicero de Senect. *Hoc enim onere, quod mihi tecum commune est, aut iam urgentis, aut aduentantis senectutis, & te, & meipsum leuari uolo.* Idem ad Attic. 7. *Tamen leuabar cura.*

Exonero te nummis, Ie te descharge de l'argent que tu portes. Terentius in Phorm. *Et nos amicos eius exonerastis metu.*

Spoliauit me bonis omnibus, Il m'ha priué & osté tous mes biens. Cicero pro Quintio: *Qui amicum, socium, affinem fama ac fortunis spoliare conatus est.* Idem ad Atti. 17. *Non enim poterimus ulla esse in inuidia spoliati opibus.*

Terent

Terentius in Phormione: Emunxi senes argento, Ie leur ay bien curé la bourse.

Idem in Andria: Tibi quia superest, dolet: amore abundas Antipho, La uiande te fasche, tu as ta mie trop à ton commandement.

PROSEQVOR, AFFICIO.

Item prosequor, & afficio.

Afficit me iniuria, damno, honore.

Prosequor te odio, amore, beneuolentia.

Prosequor, accedente ablatiuo, omni affectioni seruit.

Prosequor te odio, Ie te hay.

Prosequor te amore, beneuolentia, Ie t'ayme.

Quintil. 5. Persuasio nationum, quæ fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur.

Afficio eandē uim habet: Afficit me iniuria, Il m'ha fait tort, *Afficit me dāno,* Il m'ha porté dommage. *Afficit me honore,* Il m'ha porté honneur. *Terent. Quanta cura, & solicitudine me afficit gnatus,* En quel soucy il me met.

Pluit lapidibus, lacte, sanguine: siue lapides, lac, sanguinem.

Pl. it habet appositum ablatiuum. Liuius: Nuntiatum est in Albano lapidibus pluisse.

Plautus in Curcul. Haud multò post luce lucebit, Il sera iour incontinent.

Pluit uerò sanguinem, dicere non ausim: sed cum Tibullo, Pluit sanguis. Nam in illo Statij, libr. 8. Thebaidos, Saxa pluunt: nominandi casus est (saxa.) Quare qui hoc Latinum

num sit, Valla ipse, unde hic locus sumptus est, uiderit.

MEREOR BENE SEV MALE.

Bene mereor & malè, peius, melius, optimè, pessimè, interueniente præpositione, asciscunt auferẽdi casum. Optimè de literis meritus es. De me nihil es meritus; neq; bene, neque malè.

Mereor de te, id est aliquid in te cõfero. Si beneficij, bene mereri de te dicor. Sin autem offensionis, malè de te mereri. Hoc Valla.

Optimè de literis meritus, Il ha fait grãd biẽ aux lettres. De me nihil es meritus, neq; bene, neq; malè, Tu ne me feis iamais plaisir, ne desplaisir.

Nonnunquam aduerbium reticemus: sed in ambiguum sensum. Terent. in Hecyra, Nam meritus de me est, quod queam, illi ut commodem. Il m'ha tant fait de plaisirs, que ie suis tenu à luy ayder de toute ma puissance.

PASSIVA.

Passiuis additur ablatiuus agentis, sed accedente præpositione à, uel ab. Rideris ab omnibus.

Additur aliquando datiuus absque præpositione,

Amaris omnibus, uel ab omnibus.

Accusatiuus patientis uertitur in nominatiuum.
Pater castigat filium.
Filius castigatur à patre.
Cæteri casus ferè omnes manent in passiuis, qui fuerant actiuorum.
Doceris à me Grammaticam.
Accusaris furti. Haberis ludibrio.
Priuaberis magistratu.

Rideris ab omnibus, Tout le monde se mocque de uous.

Cicero in Lælio: Sed eum perspicere mihi uideor. Postremum datiui exemplum est.

Cùm actiuũ passiuo commutamus, secundum appositum passiua obtinent. Quintil. lib. 3. Cum proposita consultatione rogatus sententiam, si modo est sanus, non quæritet.

Doceo te Grammaticam, *Tu doceris à me grammaticam.* Ie te monstre la Grammaire.

Accuso te furti, Accusaris à me furti, Ie t'accuse de larrecin.

Plautus in Menæch. Qui lubet ludibrio habere me? Pourquoy uous mocquez uous ainsi de moy? *Quo in passiuum mutato, datiuus manet: sic, Qui lubet ludibrio haberi me? Sic dicimus, Priuabo te magistratu, Priuaberis à me magistratu*, Ie te feray perdre ton office.

Quæ per se passiua uocantur, cõstruuntur quemadmodum & illa,

Veniit

Væniȷt à domino.

Vapulabis à præceptore.

Quid fiet illo?

Per se paßiua dixit, quæ(o) finientia, paßiuam affectionem obtinent.

Væniȷt à domino, Il ha esté uendu de son maistre.

Quintilianus. Fabricius respondit se à ciue spoliari malle, quàm ab hoste uænire : id est, uendi, ubi faciendi modo patimur.

Vapulabis à præceptore, Tu seras batu de ton maistre.

Quintil. 9. An ab reo fustibus uapulasset.

Cicero ad Atti. 6. Quid illo fiet, quem reliquero?

Vescor carnibus. Hic uictitat lacte.

Vtor homine familiariter.

Inuenitur & Vtor hanc rem.

Et, Abutor operam.

Fruor tuo conspectu.

Et, Tuo fretus auxilio.

De Potior dictum est.

Fungitur magistratu.

Defunctus est uita.

Vescor carnibus, Ie mange de la chair. *Vergilius,*

—Superat'ne & uescitur aura Aetheria?

Hic uictitat lacte, Il uit de laict.

Cic. Lentulo : Aulo Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia & ampla, & expedita habet, multos annos

utor

utor ualde familiariter, Ie fuis fort fon familier. Idem in *Lælio fatis noue dixit*, P.Sulpitio *utebare multũ. nam ufitatius*, Multus *mihi cum illo fuit ufus. Inuenitur cum accufatiuo, fed uetuftè. Plautus in Afin. Cætera, quæ uolumus uti, Græca mercamur fide*, Nous achetons argent content le demourant de quoy nous nous uoulons feruir.

Cicero, *Quoufq; tandem abutêre Catilina patientia noftra?* Pourtant que tu n'es chaftié, encore perfeueres tu en ta mauuaiftié? *Et, abuti* Tribunatu, *pro Milone, pro eo quod eft, copiosè uti, atque hîc fiduciam cauſæ ponere, ut* Budæus *notauit.*

Obfoletum, quod eft apud Terentium in prologo Andriæ, Nam in prologis fcribundis operam abutitur, Il employe fon temps, & fa peine ou il ne falloit point.

Fruor tuo confpectu, Ie prens plaifir à te ueoir. *Terentius in Heaut. Me miferum non licere ingenio frui*, Que ie ne puis faire à mon plaifir.

Et tuo fretus auxilio, Me confiant à ton fecours.

Teren. in Eunuch. *Vobis fretus*, Me confiant à uous autres. *Cic.* Cornificio, *Id ego fperarem tua prudentia fretus. Cuius participij ufus orationem illuftrat.*

Fungitur magiftratu, Il exerce fon office ou il eft.

Cicero. Fungor prætura, legatione, munere, officio, & officium apud ueteres. Terentius in Phorm. *Functus adolefcentuli eft officium liberalis.*

Defunctus eft uita, Il eft mort. *Vergilius*, O' *tandem magnis pelagi defuncte periclis*, Qui es deliuré & forty de tant de perilz.

APPENDIX, I.

Præpofitio fubaudita, facit ut ab-

latiuus rectè addatur.

Habeo te loco parentis.

Est mihi uice filij: id est, in loco, in uice. Apparuit illi humana facie.

Decesit magistratu.

Habeo te loco patris, Ie uous tien pour mon pere. *Sic, Habeo te loco filij, Habeo te loco fratris.* Non autem, *Accipio te in fratrem, qua de re extat caput apud Vallam, lib.3.*

Est mihi uice filij. Ie le tien pour mon filz.

Apparuit illi humana facie, il s'est monstré à luy en face d'homme.

Decesit magistratu, Il est sorty de son office, Il ha laißé son office. *Est autem decedere, ei, qui successor missus est, cedere.* Budæus.

Eiusdem farinæ sunt & illa: Cicero ad Octauium, *Cedam foro*, Ie te quitteray le palais, ou la court. Ibidem, *Cedam urbe*, Ie te quitteray la uille. Ibidem, *Cedam uita*, Ie mourray uolontiers.

Idem de Oratore, *Cadere causa liceret: id est, à causa*, Perdre le proces.

Tranquillus in Claud. Ac diu publico abstinuit: ubi (à) desideratur. Il ne s'est point monstré.

Liuius libro 10. ab Vrbe condita, Vt legibus solueretur. Qu'il fust dispensé.

Terentius in Phorm. Bonis prognatam: id est, ex bonis prognatam. Laquelle est uenue de gens de bien.

Cicero de Finibus, Idq; Socratem, qui uoluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, Lequel n'en tient compte.

(IN) *ſubauditur.*

INFINITA.

APPENDIX II.

Quibuſdam familiariter addũntur uerba infinita.

Solet, Debet, Cœpit, Optat, Gaudet laudari,

Amat uideri diues, Studet metui.

Verba infinita, animi uerbis addi ſolent. Cice.in Lælio, Fieriq́; ſtudebam eius prudentia doctior, Ie mettoye peine d'eſtre plus ſcauant par ſa prudence.

Amat uideri diues, Il ayme bien d'eſtre ueu riche, ou qu'on l'eſtime riche.

Gaudet laudari, Il eſt ioyeux d'eſtre loué.

Terent.in Eunuch. Cœpit ſtudioſe omnia docere.

Cùm uerbis autem motus ad locum, ut uado, non eſt tolerabilis infinitiui uſus: niſi imitatione Græca. Terentius in Phorm. Eamus uiſere.

Inueniuntur & hæc cum quibuſdam adiectiuis: ut, Cantare paratus, & Cantare periti, Vergilio.

Item nominatiui partes agit infinitum uerbum: ut, Mentiri non eſt meum, de quo ſuprà diſputauimus.

Tuncq́; gerundio in(di) locus non eſt. Nam opus eſt reſpondendi, inauditum eſt: Opus eſt reſpondere. Latinè dicitur. Cicero tamen primo Tuſcul. Hæc enim uetus, ait, & Socratica ratio contra alterius opinionem differendi, pro differere, ut Budæo placet: qui locus notandus eſt.

Nam figuratè ponũtur, ut à nul-

lo pendeant,

Hæccine fieri flagitia?

Et, Venari, pro uenabatur.

In exclamatione ponuntur infinita uerba per se, neque uerbis infinitis adiuncta.

Terentius in Adelphis, —interuenit
Homo de improuiso: cœpit clamare, Aeschine,
Hæccine flagitia facere te? Hæc te admittere
Indigna genere nostro? Est ce bien fait de faire une telle meschanceté? Vbi Valla libro secundo subintelligi uult, Vere'ne ita est, uel Oportuit'ne, siue Oportet?

Antecedit infinitum interim nominatiuus pro præterito imperfecto. Cicero in Verrem, Cursare iste homo potens cum filio blando & gratioso circum tribus: id est, cursabat. ut, Venari pro uenabatur. Nam oratoribus etiam si rarus, eius rei nonnullus tamen usus est.

DIVERSI CASVS EIDEM ADDITI VERBO.

APPENDIX III.

Nihil uetat quominus eidẽ uerbo diuersi casus apponantur, diuersæ rationis.

Dedit mihi uestem hanc pignori, te præsente, propria manu.

Nam, Vestem, additur tanquã trãsitiuo: Mihi, tanquam acquisitiuo.

Pignori, ex eorum est forma, quæ resoluuntur per ad, uel in præpositionem: id est, in pignus.
Te presente, ablatiuus est absolutus.
Manu, instrumentalis.

Dedit mihi uestem hanc pignori, te præsente, propria manu, Il m'ha baillé ceste robbe de sa propre main, toy present, ou en ta presence.

GERVNDIA.

Gerundia omnia eosdem ferme casus admittunt post se, quos habent uerba, à quibus deducuntur.
Ad discendum literas,
Ad seruiendum tibi.
Ad fruendum amico.

Ad discendum literas, Pour apprendre science.
Ad seruiendum tibi, Pour te seruir.
Ad fruendum amico, Pour me delecter à mon amy.
Nullus tamen casus præcedit, nec sequitur, nisi in actiua significatione. Quintil. Sed memoria excolendo, sicut omnia alia, augetur: id est, dum excolitur, Tant plus qu'on estudie, d'autant plus on ha meilleure memoire.

IN DI.

Gerundia in di, ante se habent hęc

nomina, gratia, causa, prætextu, occasione, titulo, otium, facultas, licentia, ars, aut simile nomẽ substantiuũ.

Veni huc causa uisendi te.

Non erat copia cõueniẽdi hominẽ,

Ars dicendi.

Veni huc causa uisendi te, Ie suis uenu icy pour te ueoir.

Cicero de Diuinat. lib. 2. Sed in rebus tam seueris non est iocandi locus, En telles affaires il ne se fault pas iouer.

Non erat copia conueniendi hominem, Il n'estoit pas permis de parler à luy.

Terentius in Eunucho, Quid tum postea?
Nihil est, quid nihil? si non tangendi copia est,
Eho ne uidendi quidem erit?

Quintilianus lib. 2. Ars erit quæ disciplina percipi debet: ea est bene dicendi scientia.

Idem, Ars dicendi, rhetorice est.

Hic puer admonendus, mihi est illius phraseos.

Cicero de Diuinatione, Dolebas tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse, pro eo quod est, irridendi se. Plautus: Nominandi istorum tibi magis erit, quàm edundi copia hîc apud me. In quibus est genitiuus pro casu uerbi.

Nonnunquã præcedit adiectiuũ.

Cupidus uisendi te.

Gnarus bellandi. Certus eundi.

Imperitus nauigandi.

Peritus medicandi.

Cupidus uisendi te, Qui ha desir de t'aller ueoir.

Terentius in Hecyra, Haccine causa ego eram tant opere cupidus redeundi domum?

Gnarus bellandi, Scauant en fait de guerre.

Certus eundi, Il est assuré d'aller.

Imperitus nauigandi, Qui n'ha nul scauoir, ou qui ne scait rien de nauiger.

Peritus medicandi, Qui ha l'experience de mediciner.

IN DVM.

Gerundijs in dum, præponitur præpositio Ad, uel Inter.

Ad colloquendum tecum.

Inter cœnandum hoc mihi uenit in mentem.

Reperitur & Ante domandum.

Accusatiuus gerundij iungitur frequenter cum (ad) raro tamen cum (in). Item frequenter cum (ob, propter, & inter): raro cum (ante).

Cicero, Hic autem locus ad agendum amplißimus, ad dicendum ornatißimus est uisus.

Ad colloquendum tecum, Pour parler à toy.

Inter cœnandum hoc mihi uenit in mentem, En soupant cela m'est uenu en fantasie, ou i'ay pensé à cela.

Cicero primo Verrin. A' quo pecuniam ob absoluendum hoc acceperat.

Vergilius: nanque ante domandum
Ingentes tollent animos.

Parauant qu'ilz soyent uaincuz & surmontez.

Cùm significamus necessitatem, sine præpositione usurpantur, addito substantiuo uerbo *Sum & fui.*

Vigilandũ est ei, qui cupiat uincere.

Necessitatis formula est, Vigilandum est ei, qui cupiat uincere, Qui uouldra uaincre, il luy faut auoir du soing, & mettre peine.

IN DO.

Gerundia in do, pendent à præpositione in, uel ab, siue dictione quæ requirit ablatiuum: ut,

In consultando locus est eloquẽtiæ.

In pugnando uiribus est opus.

Reuersus à uenando, siue à uenatu.

Tacẽdo refellis: id est, tacẽs refellis.

Scribendo disces scribere.

Romanus sedendo uincit.

In consultando locus est eloquentiæ, En consultant eloquence à lieu.

In pugnando uiribus est opus, En se combatant il y faut de la force.

Cic. Pro Milone, Huius interfector si esset in cõfitendo.

Reuersus à uenando, siue à uenatu, simulia solœcismo, si Vallæ credimus. Cauendum est enim, inquit, ne uerbum significet

gnificet motum, quale esset, Reuertor ab arando, uel ab arando aruo: cum sit dicendum, Reuertor ab aratione.

Cicero tamen de Claris Oratoribus: Tũ Brutus, *Quàm hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Græcis, ut omnes ferè Stoici prudentißimi in disserendo sint, & id arte faciant, sintq́; architecti penè uerborum: ijdem traducti à disputando, ad dicendum inopes reperiantur.*

Cicero, *In quo isti nos Iurisconsulti impediunt, à discendoq́; deterrent.* Ilz nous detournent d'apprendre.

Tacendo refellis, En te taisant tu contredis.

Scribendo disces scribere. Hoc est, quod dici solet, *Fabricando fabri fiunt.*

Marcus Varro lib.1. de re Rust. cap.2. Vultis igitur interea uetus prouerbium, quod est, Romanus sedendo uincit usurpemus, dũ iste uenit? Tout uient à propos, qui peult attendre. Ex *historia Fabij Cunctatoris, qui unus nobis cunctando restituit rem.*

Plaut. in Aulul. *Heu senex, pro uapulando hercle ego abs te mercedem petam*, Pour estre batu ie uous demanderay gaige.

Non omittẽda phrasis illa, *Soluẽdo sum tibi*, Ie suis bien suffisant à uous payer. *Quæ secum (quod Vallæ pace dixerim) substantiuum patitur.* Liuius, *Si Respublica soluendo æri alieno nõ esset*, Si la chose publicque ne pouuoit payer ses debtes. *Quæ oratio declarat datiui esse casus.* Laurentius, *ita me dij ament, ut dicebat Budæus, religione nimia stylum eloquentiæ alligauit, seuerus sermonis exactor, quẽ tamen puer exosculabitur, circunferet, in sinu gestabit.*

GERVNDIA NOMINA.

Vertuntur gerundia in nomina

adiectiua:ut,

Cauſa uiſendi te: &, Cauſa uiſendi tui. Ad diſcendum literas: &, Ad diſcendas literas.

Legendo libros doctus euades: &, Legendis libris doctus euades.

Gerundium, ut uocant, gerundiuo commutatur, Cauſa uiſendi te: &, Cauſa uiſendi tui, A ffin de t'aller ueoir.

Cicero Offic. 2. Cùm igitur opus eſſet ad eam rem conſtituendam pecunia. Dicere potuiſſet, ad eam rem conſtituendum: ſed formula prior, decoris gratia aſſumitur.

Legendo libros doctus euades, En liſant les liures tu deuiendras ſcauant. Quam orationem ſic uariabis, Legendis libris doctus euades: ut Cicero fecit Offic. 1. Orationem autem Latinam efficies profectò legendis noſtris pleniorem.

SVPINA IN TVM.

Prima ſupina ſequuntur uerba ſignificantia motum ad locum: ut, Abijt piſcatum: id eſt, ad piſcãdum. Admittunt poſt ſe eoſdem caſus, quos uerba ipſorum.

Abijt piſcatum, Il eſt allé peſcher. Id eſt, ad piſcandum. Alterum enim alteri non diſsimile eſt: niſi quòd gerundium promiſcuè uerbis omnibus additur, præpoſitione intercedente. Terent. in Andria, Nec hæc quidem ſatis uehemens cauſa ad obiurgandum. Quint. 8. Sed ad utendum nihil refert.

fert. Terentius. Cur te is perditum? Pourquoy uous mettez uous en danger de mourir? Id est, cur is ad perdendum te: siue, cur is te perditura? quæ ipsa est supini prioris uarietas.

In illis, Do uænum, Do nuptum, latens subest motus: quæ ipsa infinitum non repudiant. Terent. in Andria, Pòst deinde, quod iußi, ei date bibere, ut intelligas quædam ancipitem usum habere.

ABSOLVTE POSITA.

Ponuntur & absolutè cum uerbo Est. Pugnatum est. Actum est. Dormitum est. Cessatum est satis.

Impersonale præteriti circuitionem mutuatur à supino priore, & uerbo (est).

Pugnatum est, On s'est combatu.

Terentius, Actum est, si quidem hæc uera prædicat, Ie suis perdu.

Dormitum est, On ha dormy.

Terentius in Adelphis, Cessatum usque adhuc est: nunc iam porrò expergiscere Aeschine, Tu as chomé, ou musé iusques à present: maintenant esueille ton esprit. Siquid hactenus cessatum est, pòst diligentia sarcietur, Si nous auons perdu nostre temps iusque icy, nous mettrons peine de le recouurer.

Asinius Pollio Ciceroni, Posteaquam itum est ad arma.

Cicero pro Quintio, Ventum est ad me, On est uenu à moy. Quintil. lib. 12. Ventum est ad partem operis destinati longè difficilimam. Quæ periphrases ex participio (licet id uelit Nebrissensis) non fiunt.

His uix unquam casus apponitur. Cicero ad Lentulum, Bibulo de tribus legatis assensum est. hic absolutè non ponitur.

SVPINA IN TV.

Supina in tu, pasſiuæ significationis ferme ſunt.

Adhæret nominibus adiectiuis: ut, Turpe dictu. Mirabile uiſu. Difficilè creditu. Procliue factu: id eſt, ad faciendum.

Supinum posterius nominibus adiectiuis, aut ſubſtantiuis eorum uice fungentibus, apponi gaudet, utrinq; abſolutè. Cicero de Senect. Quia profectò uidetis nefas eſſe dictu, miſerabilem fuiſſe talem ſenectutem, Que ce ſeroit tres mal parle: ſcilicet ut dicatur,

Turpe dictu: puta ut dicatur, Deforme & uilain à dire.

Mirabile uiſu, Choſe merueilleuſe à ueoir: id eſt, ut uideatur.

Difficilè creditu: ut credatur, Difficile à croire.

Terent. in Hecyra, Sed non facile eſt expurgatu, Il n'eſt pas facile à s'excuſer.

Procliue factu, Facile à faire: ſcilicet ut fiat, Nam ſupina in u, paſſiuè ſemper efferuntur. Quo fit ut ab actiuis uerbis, atq; paſſiua ſignificatione carentibus nunquam exoriantur. Supinum autem prius non actiuè ſolum, ſed paſſiuè etiam legitur, ut in futuri paſſiui uerbi circuitione. Terent. Qui poſtquam audierat filio ſuo non datum iri uxorem, pro eo quod eſt, quòd uxor nõ daretur filio ſuo. Cicero in Verr.

Verr. Act. 7. Qui sciebat tibi crimini datum iri.

Nam in his, Surgit cubitu, Redit uenatu, nomina potius censenda sunt, quàm supina.

Supinum in u, uerbis è loco non datur. Quare dices, Venio à lectione: non, Venio lectu.

Illa autem nomina potius censenda sunt.

Cato de re Rust. Primus cubitu resurgat.

Plautus in Menæch. Obsonatu redeo, Ie uiens d'acheter quelque uiande.

Statius, Quem nunc uenatu rediturum in limine primo, quod durum est, pro à uenatione.

Noli lector, hic nostram operam desiderare, quòd cùm in quæstionem ueniat, cui parti orationis gerundia supina'ue assignentur, meam sententiam non interposuerim: qua in re utere tuo iudicio, modo memineris apprime, tum hic, tum alibi utile esse, Nequid nimis. De me autem affirmare possum, me dialogo ludentem meis, Bernardo Audiberto, Petro Sylvio, G. Cabrollo, aliisq́; in quibus, non ut in herbis fallacibus, literarum fructus apparet omni officio satis fecisse.

DE PARTICIPIIS.

Participia sequuntur constructionem uerborum, à quibus deriuantur:

Donaturus tibi uestem.

Dona

Donaturus te ueste.
Consulens tibi. Fruiturus te.
Diligendus ab omnibus.

Quanquam in his usitatior est datiuus. Diligendus omnibus.

A posteriori scilicet.

Donaturus te ueste: &, Donaturus tibi uestem, Qui te donnera une robbe, in usum recepta sunt: ut, Dono te ueste. &, Dono tibi uestem.

Sic Consulens tibi, Qui te conseille: ut &, Consulo tibi. Fruiturus te, Qui sera ioyeux de toy: ut, Fruor te.

Et, Diligendus ab omnibus: ut, Diligor ab omnibus, Qui sera aymé de tous. Vbi datiuus est usitatior: ut, Diligendus omnibus: pro ab omnibus.

Cicero 4. in Verrem, Siue cuiquam ordini, siue aratorum, siue pecuariorum, siue mercatorum probatus sit. Ordini, pro ab ordine, S'il est passé maistre iuré.

Terentius in Andria, Restat Chremes, qui mihi exorandus est, Il reste que ie face tant que Chremes s'y accorde & consente: puta ut exoretur. Nam si ad hunc modum soluatur, Qui debet exorari, Lequel fault que ie face accorder: nominis uim seruat, non participij. Si autem qui exoratur, quanquam hæc hic dura est interpretatio, temporis præsentis participium esse contenderim. Quale illud Ciceronis de Senectute, Nec sepulchra legẽs uereor, quod aiunt, ne perdam memoriam, his enim legendis redeo in memoriam mortuorum: id est, dum leguntur: & eò inuitis Grammaticorum centurijs, præsens paßiuum, participium est more Græcorum.



PARTICIPIA FACTA NOMINA.

Cùm transeunt in naturam nominum, genitiuum postulant: ut, Amans uini. Fugitans litium. Cupiẽs tui. Sitiẽs auri. Peritus belli.

Amans uini, Qui ayme bien le uin. *Seneca*, *Amantes tui ama*, Aymez ceux qui uous ayment.

Terentius in Phorm. *Herus liberalis est, & fugitans litium*, Qui fuyt debat & proces.

Idem in Hecyra, *Nam nemo ad te uenit, nisi cupiens tui*, Sinon qu'il soit bien uostre amy, & qu'il ayt affection de uous ueoir.

Sitiens auri, Qui ayme fort l'or.

Gellius lib. 12. cap. 3. *Pecuniæ sitientem*, Ayant son cœur à largent.

Patiens laboris, Qui est de grand peine, *Quintil. lib. 2.* *Sallustius*, *Catilina patiens inediæ, algoris*, Qui enduroit bien la faim & le froid.

Peritus belli, Scauant en fait de guerre. *Quintilianus libro 12.* *Quid si forte peritus ille iuris non aderit?* Qui est scauant en droict.

Et sine casu: ut,

Vir potens, eloquens.

Terent. in Adel. *Quĩm estis maximè potentes.* Puissans.

Eloquens, Qui ha la grace de parler à son commandement. *Quintilianus lib. 8.*

Cicero libro 3. Offic. *Qui tãtum fugiens uendat sciens*, Vin

hec participia quinque modis fit nom primo modo ... 2 ... 3 ... 4 ... 5 ...

vin qui n'est point de garde.

Tunc & cōparationē accipiūt more nominū in ns, uel in tus, desinētia.

Cupientior famæ quàm auri.
Cupientissimus tui.
Nulli desyderatior quàm mihi.
Desyderatissimus patriæ.

Cupientior famæ quàm auri, Qui ayme mieux renommée, que ceinture dorée.

Cupientissimus tui, Qui desire fort uous ueoir: ou, Qui uous ayme fort.

Nulli desideratior quàm mihi, Ie le desire plus que tous.

Desideratissimus patriæ, Il est fort regretté au païs.

PARTICIPIA FACTA nomina compositione.

Quæ compositione fiunt nomina, genitiuum asciscunt.

Indoctus pilæ. Inexpertus belli.

Quanquam & horum simplicia simili modo usurpantur.

Horat. in Arte: Indoctus'ue pilæ, disci'ue, trochi'ue quiescit, Qui n'est point apris au ieu de paume, ou au pallet, ou à la toupie, ou au sabot. Iuniani mei, baudusam, Brageracenses perrenquetam uocant.

Inexpertus belli, Qui n'est point exercité en bataille. Contrà, Vergilius: Expertos, ait, belli iuuenes.

DE

DE NOMINIBVS VERBALIBVS.



Omnia ferè uerbalia genitiuum admittunt, qui uerbis erat accusatiuus: ut, Colo agrum.
Cultor, cultrix agri, cultura agri.
Bibo uinum. Bibax uini.
Cupio laudem. Cupidus laudis.

Cultor agri, Vn laboureur de terre. *Cicero pro Cn. Plancо*, *Qui sancti, qui religionum colentes*, Qui ayment bien Dieu, & gardent ses commandemens.

Bibax uini, Vn bon biberon: ut, *Bibo uinum*.

Cupidus laudis, Qui demande honneur. *Ouidius*: *Cupidus studiorum quisq; suorum*.

Plinius: *Natura hominum est nouitatis auida*, La complexion des hommes desire choses nouuelles.

Auidus cibi, Aspre à la uiande. *Terent. in Eunu. Nam (auere) pro (cupere) est & oratoribus usurpatum. Cicero Offic. 1. Auemus aliquid uidere, audire.*



Item quæ sunt affinia his: ut,
Auarus laudis. Ignarus omnium.
Studiosus tui. Securus amorum.

Auarus laudis, Couuoiteux d'honneur. *Horatius in Arte*: *Præter laudem nullius auarus*.

Quintilianus lib. 12. Neq; ego sum nostri moris ignarus, Ie sçay bien noz coustumes.

Ignarus omnium, Il ne sçait rien. *Deliciarum ignarus*,



Qui ne sçait que c'est de bon temps. Vegetio.

Cicero Cæcinnæ: *Viri sunt optimi, & tui studiosi, & mei necessarij*, Qui t'ayment fort.

Vergilius: *Securus amorum germanæ*, N'ayant soucy des esbatz & plaisirs de sa sœur.

IN BILIS.

Verbalia in bilis accepta pasſiuè datiuo gaudẽt, ut participia in dus.

Flebilis, Formidabilis omnibus, id est, flẽdus, formidãdus omnibus.

Horatius lib. Carm. *Multis ille quidem flebilis occidit*, Digne d'estre plouré & regretté de plusieurs.

Nulli flebilior quàm mihi, Il n'y ha homme qui le doibue tant regretter que moy.

Omnibus formidabilis Gallica scabies, Le mal de Naples est à craindre, & doibt estre en crainte à tous.

Liuius: *Et in asperis locis silex sæpe impenetrabilis ferro occurrebat*, Auquel le fer ne pouuoit entrer.



GENITIVVS ADDITVS NOMINI.

Nomina subſtãtiua quę ſignificãt rem poſſeſſam, menſuram, ſiue numerũ, aut relationẽ ad aliqd, genitiuũ exigunt: ut, Arma Achillis. Cyathus uini. Modius tritici. Vlna panni.

Vncia

Vncia auri. Duo millia peditum.
Iugum aquilarũ. Mille nummùm.
Par calceamentorum.
Tres decades quæstionum.
Comes Vlysis. Vxor Petri:
Amicus patris. Princeps patriæ.

Rem possessam.

Arma Achillis, Les armes d'Achilles.
Vestis Petri, La robbe de pierre.
Brachialia Ioannæ, Les mancherons de Ianne.

Mensuram.

Cyathus uini, Vn uoirre de uin.
Hemina uini. Chopine de uin.
Sextarius uini : non, pinta uini. Adfer eiusdem uini sextarios duos, Apportez une quarte de uin.
Modius tritici, Vn boysseau de froment.
Lagœna aquæ, Vne cruche d'eaue.
Vlna panni, Vne aulne de drap.

Numerum.

Vncia auri, Vne once d'or: *quæ sedecim frãcis & octo solidis ualet. autor Budæus.*
Mina argenti, Dix escuz. *Terentio.*
Duo millia peditum, Deux mille pietons.
Iugum aquilarum, Vn ioug d'aigles.
Mille nummûm, Vingt & cinq escuz.
Par calceamentorum, Vne paire de soliers.
Par chirothecarum, Vne paire de gants.
Tres decades quæstionum, Trois dizaines de questions.

Comes Vlyßis, Le compaignon d'Vlysses.
Vxor Petri, La femme de Pierre.
Amicus patris mei, L'amy de mon pere.

Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuum, accedente uerbo Est: ut, Hic est tibi pater, Huic socer, Illi consul.

Hic est mihi pater. Cestuy est mon pere,
Terentius in Eunucho: Samia mihi mater fuit. Cic. ad Octauium: Sit erranti medicina confeßio.
Huic socer est, C'est son beau pere.
Dic etiam cum Terentio: Huius uxoris est mater, C'est la mere de sa femme.

ATTRIBVTIVA.

Cũ significatur aliquid inesse, siue adesse cuipiã, quod ad laudẽ seu uituperiũ pertinet, trifariã efferimus. Puer bonæ indolis, Puer bona indole, Puer bonus indole. Et indolẽ, poëticè. Vir maximi nasi. Vir maximo naso. Vir maximus naso. Et nasum poëticè.

Quadrifariam aliquid tribuimus.
Vir admirandæ doctrinæ.
Vir admiranda doctrina, Vn homme fort sçauant.

Vir ad

Vir admirandus doctrina.
Vir admirandus doctrinam.
Sic, Puer bonæ indolis, &c. Vn enfant qui ſemble eſtre de bonne nature.

Sed refert inquãtum dictæ formulæ oratorem ſequantur. Nam ut, Vir admiranda doctrina: &, Vir admirandæ doctrinæ, orator dicit: ita, Vir admirandus doctrina: &, Vir admirandus doctrinam, plane licentius, quàm ut ille recipiat.

Suetonius: Cibi minimi erat, Il n'eſtoit pas grand mangeur.

Vir multi ioci, Vn homme qui diuiſe bien, Ex Cicerone. Idem ad Octauium: Marcus Antonius, uir animi maximi, utinam etiam ſapientis conſilij fuiſſet, Homme de grand courage.

Idem de Senectu. Quàm fuit imbecillis P. Africani filius is, qui te adoptauit, quàm tenui aut nulla potius ualetudine, Mal ſain.

Sic, Vir nullis literis, Qui ne ſcait rien.

Docti omnes re ſunt tenui, Gens ſcauans ne ſon pas fort riches.

Vir obſcuro genere, Qui n'eſt pas de grand gens. hoc poſtremum genus frequentiſsimũ eſt, ut illud rariſsimum.

Vergilius: Oculos ſuffuſa nitentes.

Tacitus de fœminis, Nudæ brachia & lacertos. Nam & hoc hiſtoriæ ſeruit.

Salluſt. Antonius pedibus æger, in prælio adeſſe nequibat. Cicero & Quintil. dixiſſent pedibus ægris.

SPECIES ET GENVS.

Species ſubijcit̃ generi in geniti-

uo, siue in eodē casu p̄ appositionē.

Nomen Catonis in te non quadrat.

Crimen læsæ maiestatis.

Cū essemus in terra Italię, siue Italia.

In urbe Romæ, siue Roma.

Nomen Catonis in te non quadrat, Le nom de Caton ne te conuient pas.

Plautus in Amph. Nomen Mercurij est mihi.

Tranquillus in Claudio: Crimen maiestatis apud iudices motum, Vn crime de lese maiesté.

Cùm essemus in terra Italiæ, siue Italia, Quand nous estions en Italie.

In urbe Romæ, siue Roma.

Cicero lib. 5. ad Atti. In oppido Antiochiæ.

Vergilius Aeneid. 1. Hic tamen ille urbem Patauí, sedesq; locauit Teucrorum.

Cicero pro Plancio: Arborem fici nunquam uidisset. Sed casus similitudo usitatior est.



SVBSTANTIVE POSITA.

Quædam adiectiua substantiuè posita, genitiuum admittunt: ut,

Multum lucri. Paulum pecuniæ.

Quid habes negotij?

Quantum habebis pecuniæ, tantundem habebis fidei.

Plurimum uini. Minimum aquæ.

Item pronomina quædam.

Hoc negotij. Id operis.

Quid illud mali? *itambiem plus cum set.*

Multum lucri, Beaucoup de profit.

Terentius in Heaut. Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri quantum ei dannum apportet, Il ne ſcait pas qu'un denier luy en couſtera cent.

Paulum pecuniæ, Vn petit d'argent.

Quid habes negotij? Qu'as tu à faire?

Plautus: Neq; habet plus ſapientiæ, quàm lapis, Il n'eſt point ſage pour concluſion.

Terentius in Andria: Intereà aliquid acciderit noui, Ce pendant le diable ſe ſera rompu le col, Ce pendant Dieu nous aydera.

Iuuenalis, Quantũ quiſq; ſua nummorũ ſeruat in arca, Tantum habet & fidei, Tant plus qu'on ha d'argent, de tant plus on ha de credit.

Terentius in Phorm. Quid mihi lucri eſt te fallere? Que gaigneroye ie de te tromper?

Plurimum uini, Beaucoup de uin.

Minimum aquæ, Bien peu d'eaue.

Terentius in Andria: Nihil preci loci eſt relictum, Quelque priere qu'on luy face, on ne gaignera rien.

Ibidem: Nihil Pol falſi dixi, Ie n'ay rien dit qui ne ſoit uray.

Cicero: Tibi autẽ idẽ conſilij do, Ie uous dõne ſemblable conſeil. Sed hanc conſtructionẽ ſuo loco tractabimus.

generalith. APPOSITIO.

In ſumma, quoties ſubſtantiuum

quacunq; ratione refertur ad alterū ſubſtantiuum, additur in genitiuo, niſi addatur appoſitiuè. Nam tum ſatis eſt, ſi concordet in caſu, etiam ſi numero & genere diſsideat.

Abſtuliſti Maronē, meas delicias.

Vergilius in Alexide: Formoſum *paſtor Corydon ardebat Alexin,* Delicias *domini.*

Sic, Abſtuliſti Maronem meas delicias, Tu *as emporté Vergile mon paſſetemps & eſbat.*

DE ADIECTIVIS ET SVBSTANTIVIS.

Adiectiua nomina, Participia, Pronomina concordāt cum ſuis ſubſtantiuis in numero, genere, & caſu: ut,

Ex malis moribus bonæ leges natæ ſunt. Iſtam fortunam tui mores promeruerunt.

Ex malis moribus bonæ leges natæ ſunt, De *meſchante uie les bonnes loix ſont uenues.* Nam *legibus ferundis nihil opus eſſet, niſi perperam uiueretur.* Ex *Macrobio libro 3. Saturnalium.*

Iſtam fortunam tui mores promeruerunt. Tes *uertus ont bien deſerui & merité ceſte fortune, & ce bien.* Cicero *pro Muræna:* Homines *tenues unum habent in noſtrū ordinem aut promerendi, aut profrēdi beneficij locum.*

Cum

Cũ plura ſubſtãtiua diuerſi etiã numeri ac generis ad unũ adiectiuũ referunt, his ferme modis efferri ſolẽt:

Gloria non eſt expetenda, neque diuitiæ: ut in medio ponas ad quod referuntur partes.

Non eſt expetenda gloria, neque diuitiæ, ut præponatur.

Gloria et diuitię nõ ſunt expetẽdę: ut poſt poſitũ cõueniat cũ ꝓximo.

Aliquando ad unum adiectiuum plura ſubſtantiua reſpondent. Fit autem trifariam: aut cùm præponitur, aut cùm ſequitur, aut cùm interponitur: ut, Gloria non eſt expetenda, neq; diuitiæ.

Non eſt expetenda gloria neq; diuitiæ.

Gloria & diuitiæ non ſunt expetendæ. Il ne fault pas conuoiter gloire ne richeſſes. In quibus adiectiuum proximioris ſubſtantiui caſum, genus, numerum ſequi ſolet.

Gloria, diuitiæ, genus, non ſunt expetenda: ut ſubaudias iſta, idq́ꝫ neutro genere.

Si adiectiuum utriq; ſubſtantiuorum ſigillatim non ſeruit, ſed duobus unius loco reſpondet, ipſum numeri pluralis, atq; generis neutrius erit. Cornelius Tacit. Violentiam, ac libidines grata uſurpans.

Sic, Gloria, diuitiæ, genus, non sunt expetenda, Il ne fault point desirer gloire, richesses, ne lignage.

Ad hunc modum relatiuum se habet. Cicero: *Eadem mente comprehendimus colorem, saporem, odorem, somnum, quæ nunquam animus cognoscet.*

RELATIVA.

Relatiuum Qui, conuenit cum antecedente in numero & genere. Placuerũt literæ quas ad me dedisti.

Nisi figuratè loquamur:

Quas ad me dedisti literas, magnoperè placuerunt.

Terent. in Andr. *Id sibi negotij credidit solum dari, Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.*

Vbi placet nominatiuum subaudiri: ut fabulæ placerent quas fecisset.

Huc pertinent illa, Is, ille, idem, ipse. Nam *cætera sequentis substantiui casum, genus numerum sequuntur, ut suus, sui: siue diuersitatis, Alius, alter, reliquus, cætera, cæterum: siue accidentis, Qualis, quantus, quot, quotus.* Ouidius: *-intra*

Fortunam debet quisque manere suam. Vbi antecedentis (quisq; homo) ac relatiui (suam) genus dißimile est.

Cicero de Finib. 5. Sed est forma eius disciplinæ, sicut ferè cæterarum. Vbi antecedentis (disciplinæ) & relatiui (cæterarum) dißimilis est numerus.

Cic. pro Cor. Balb. Quæ sunt igitur meæ partes? autoritatis tantæ, quãtam uos in me esse uoluistis: usus mediocris, ingenij minimè uoluntati paris.

Comp

errare cum excusatione posim, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipse retexam?

Adulta ætas.

Cicero in Verrem: *Adulta ætate filius.*

Confectus ætate.

Vergilius: *—Confectum ætate parentem.*

Cæsar in Comment. *Non ætate confectis, non mulieribus, & non infantibus pepercerunt.*

Ingrauescente ætate.

Cicero de Amicitia: *Immutari etiã mores hominum sæpe dicebat, alios aduersis rebus, alios ætate ingrauescente.*

Ineunte, & Ab ineunte æta=
te, & adolescentia.

Cicero pro L. Cor. Balbo: *Et ab ineunte ætate, relictis suis rebus omnibus, nullius periculi expertem fuisse.*

Idem pro Deiotaro: *Quibus ille studijs ab ineunte ætate se imbuerat.*

Idem in Vatinium testem: *Atque illud tenebricosissimum tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere.*

Idem pro lege Manilia: *Ineunte adolescẽtia, maximi ipse exercitus imperator.*

Sic etiam dicitur Ineunte uere,
æstate, hyeme.

Cic. de Offic. *Itaq; ineũte uere in ijs, quæ relicta sunt, &c.*

Ibidem: *Ineunte æstate suscepit, media æstate confecit.*

Idem in Antonium: *Cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset.*

Idem de Amicitia: *Atq; earum rerum exemplum & similitudinem capiebat ineuntis ætatis.*

Idem pro lege Manilia: *Sed meæ uitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ, prohibuerunt.*

Cæsar

tiuum damus.

Cicero ad Octauium: Quæ non posterior dies acerbior priore: & quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo Romano illuxit? Les affaires des Romains sont empirées de iour en iour.

Lupo edacior, Il deuore la uiande, il est goulu.

Arenis sitientior, Vn sac à uin.

Minerua doctior, Scauant iusques aux dents.

Aristarcho doctior. Docte correcteur.

Græcis uanior, Le Roy des mensongiers.

Cicero reliquis omnibus eloquentior.

Quas formulas præstaret pueris proponere, quàm illa, quæ in scholis prouerbia, cum nec ullam prouerbij faciem habeant, uocantur.

Quòd si comparatiuum sequitur (quàm), proximus casus similis præcedenti erit. Cicero Offic. 1. Nihil autem est amabilius, nec copulatius quàm morum similitudo.

Auidior uoluptatum, quàm pecuniæ, Il ayme mieux ses plaisirs qu'or ne argent.

Paulò uenustior est Gellius, quàm Macrobius.

Idem reddimus circuitione, per aduerbia (magis) & minus), Minus appetens laudis, quàm pecuniæ, Il ayme mieux argent que honneur.

Huic finitimum (potius) & (non perinde): ut, Nõ perinde auidus pecuniæ, quàm uoluptatum.

Neq; huius quidẽ puer faciat diuisionũ myriades, quibus ferè præter rẽ infirma puerorũ ingenia ille onerauit.

Additur & alter ablatiuus significans modum excessus.

Est maior te quatuor annis,

Digito lato procerior.
Multo potior.

Comparatiua alterum ablatiuum non recusant, in quo sit auxesis.

Est te maior quatuor annis, Il est plus uieux que toy de quatre ans.

Digito lato te procerior, Il est plus hault que toy de la largeur d'un doigt.

Infinitis partibus uenustior, Plus beau sans cõparaison.

Multò potior, Beaucoup meilleur.

Multis partibus præstantior, Il uault beaucoup plus.

Nimio doctior, Trop plus sçauant.

Longè melior, Beaucoup meilleur.

His omnibus accrescit comparatiui uirtus: illis autem eleuatur.

Paulò doctior, Vn petit plus docte.

Nihilo ditior eris, Tu n'en seras pas plus riche.

Ne tantillo quidem melior eris, si diues fueris, Pour estre riche, tu n'en seras pas plus saige.

Multò & longè apponuntur & superlatiuis.
Multò omnium doctissimus.
Longè pessimus omnium.

Superlatiuus amplificatur iisdem aduerbijs, quibus comparatiuus, longè, multò. Quintil. lib. 2. *Ratio declamandi ut est in omnibus nouissimè inuẽta, ita & multo est utilissima*, Beaucoup plus utile. Terentius in Eunucho: *Is quæstus nunc est multo uberrimus*, Il y'ha plus de profit. Idem: *Longè omniũ, quos quidẽ mihi audire contigit, præstan*

præstantißimus, Le plus excellent que i'aye ouy iamais.
His accedit (facile). Cicero pro Rabir. Vnum totius Græciæ facilè doctißimum: id est, non dubiè, Le plus sçauant de toute Grece sans doubtance.
Hactenus hæc in Vallæ lectionē uelut uiam præstent.

DISTRIBVTIVA ET PARTITIVA.

Item, Nomina partitiua, aut partitiuè posita, uelut Quisq;, Quisqs, Quicūq;, Quidam, Quis interrogatiuū, & Quis pro aliquis, Aliquis, Vterq;, Neuter, Vteruis, Vtercūq;, Nemo, Nullus, Solus, Vnus, Medius. Quisque huius nationis.
Vnum quodque animantium.
Prouocat unumquemlibet uestrū.
Vtrum horum mauis accipe.

Partitiua, quorum hic sylua est, genitiuum petunt numeri pluralis aut singularis nominis collectiui.
Quisque huius nationis, Vn chascun de ce païs.
Terentius in Andria, An quisquam gentium est æquè miser ut ego?
Vnumquodq; animantium, Vne chascune creature.
Prouocat unumquemlibet uestrum. Il deffie lequel que uous uouldrez d'entre uous.
Vtrum horum mauis, accipe, Prens lequel qu'il te plaira de ces deux.

Teren

Terentius in Andria, Mitte orare: una harum quæuis causa, me, ut faciam, monet.

Hic iusto breuior essem, nisi primo Copiæ Erasmi de his uocibus extaret caput, non minus doctum, quàm elegans.

Exponuntur per Inter, uel Ex. Vnus omniū: id est, solus omnium. Medius duorum: id est, inter duos. Et, Dimidium animæ.

Vnus omniū: id est, solus inter omnes. Cicero in Lælio, Quem unum nostræ ciuitatis & ingenio, & industria præstantißimum audeo dicere, l'ose bien dire que c'estoit l'un des plus beaux espritz & diligent de nostre cité.

Medius duorum, Qui est au milieu de deux,

Animæ dimidium, Lequel i'ayme comme moy mesme.

Cicero 1. Offic. Quorum uterq; suo studio delectatus, contempsit alterum. Pro eo quod est, ex quibus.

Item Alter, Alius, & his æquipollentia pronomina, Hic & Ille, & aduerbium Partim.

Cicero Offic. 2. Quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis, hic alter & altera partes totius, scilicet (quorum) sigillatim sumis. Vnde partitiua appellantur, quòd pars à toto seducitur.

Cic. lib. 2. de Orat. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse uoluerunt. Quæ particula nunquam non geminata legitur, sed cum genitiuo pro (aliqui) uenuste, autore Gellio lib. 10. cap. 13.

AP

APPENDIX I.

Quãquã in his genitiuis significãs totum, in aliũ casum sæpe uertitur.

Quis hominum uidit?

Et, Quis homo uidit?

Neuter Catonum. Et, Neuter Cato.

Animantium, uel animantia, alia sunt uolatilia, alia reptilia.

Terent. in Phor. Quis homo est? Quel homme est cela?

Cicero pro Corn. Balb. Quis nostrum est, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia commendatior?

Et, Quis hominum uidit? Qui l'ha ueu?



Animantium, uel animantia alia sunt uolatilia, alia reptilia, Les unes bestes uolent, les autres uont le uentre contre terre.

APPENDIX II.

Ad hanc formã pertinent, Quotus, quotusquisque, ordinem significantia numeralia.

Quotus eras conuiuarũ, seu cõuiua?

Quintus regum Romanorum: id est, inter reges.

Sapientum octauus.

Quãquam in hoc postremo, non tam ordinẽ significat, quàm numerum

rum simpliciter: ut in illo,
Dic quotus esse uelis.

Terent. Qui esse primos se omnium rerum uolunt.
Cicero in Tuscu. Quotus enim quisq; philosophorum.
Quotus eras conuiuarum, aut, conuiua? Combien estiez uous au bancquet?

Quintus regū Romanorū, Le cinquiesme roy des Romains. Horatius in sermo. Sapientū octauus, Qui fait du sanctificetur. Nempe qui sibi multū tribuat in sapientia.

Quotus pro quot. Martialis, Dic quotus es, & quanti cupias cœnare, Dites combien uous estes, & combien uous uoulez despendre à souper.

DATIVVS POST NOMEN.
COMMODI AVT INCOMMODI.

Adiectiua quæ cōmodū aut incommodum significant, aut relationem ad aliquid, datiuū exigunt: ut, Rem tibi permolestam, mihi iucundā: tibi perniciosam, mihi salutarē.

Plautus in Epidico, Volo te uerbis pauculis, si tibi molestum non est, Ie uous ueux dire trois motz, s'il ne uous ennuye point.

Cicero pro Archia, Erat temporibus illis iucundus Qu. Metello illi Numidico, & eius Pio filio. Vulgò diceretur placens.

Hæc res mihi iucunda est, Ceste chose me plait.
Tibi perniciosa, Dommageable.

Mihi salutaris, Profitable à moy.

Cicero pro Milone, Nec nobis tam salutarem hanc in iudicando literam, quàm illam tristem dedisset, Il ne nous eut pas plus tost relasché & iugé à nostre profit. Vide Budæum in Pandectas. A, salutaris: C, litera tristis, nempe condemnationis nota.

Idem in Lælio, Vtriq; nostrum admodum gratum feceris, Vous nous ferez grand plaisir.

RELATIVA.

Aptus, Accommodus, Idoneus.
Vtilis, Inutilis bello, siue ad bellum.
Natus gloriæ, & ad gloriam.
Obnoxius illi.
Amicus huic, & huius.
Similis, Dissimilis huic & huius.
Diuersus huic, uel ab hoc.
Affinis, Cognatus huic, uel huius.

Nam cùm huiusmodi substãtiuè capiuntur, genitiuo magis gaudent.

Cice. pro Lege Manilia, Quum ad omnia uestræ memoriæ bella conficienda, diuino quodam consilio natus esse uideatur, Qui est tout fait & propice à cela faire.

Ibidem, Qui se patriæ, qui ciuibus suis, qui laudi, qui gloriæ: non somno, non conuiuijs, non delectationi natos arbitrantur, Qui pensent qu'ilz sont nais pour secourir à leurs uoysin, pour auoir honneur & gloire: non pas pour

pour dormir, banqueter, & pour prẽdre leurs plaisirs.

Plaut.in Pœn. *Mihi est obnoxius, Il est tenu à moy.*

Terentius, Amicus nobis iam inde à puero, Il est nostre amy depuis son enfance.

Idem in Phorm. Solus est homo amico amicus, C'est un tresbon amy.

Idem in Adelphis, Similis est maiorum suũm, Il est tel comme ses ancestres.

Cicero lib.5.de Finibus, *Non uideo cur non potuerit patri similis esse filius.*

Idem, Non alienus à Scæuolæ studijs, Il fait comme Sceuola.

Item, Aliena orationi nostræ, Cõtraire à nostre aduis.

Affinis sceleris, Coulpable du cas.

Terentius in Adelphis, Hegio his est cognatus proximus, affinis nobis.

Quintilianus lib.8. Vicina uirtutibus uitia, De petit on erre bien.

ACCVSATIVVS POST NOMEN SPATII, MENSVRAE.

Quæ certũ magnitudinis modum significant, accusatiuum admittunt.

Longus, Latus, Altus, Crassus.

Turris alta trecentos pedes.

Liber crassus tres digitos, siue trium digitorum crassitudine, & ducẽtorum pedum altitudine.

Turris alta trecentos pedes, Vne tour haute de trois cent piedz.

Liber craſſus tres digitos, Eſpes de trois doigtz.

CIRCVITIONIS VIS.

Quædam per circumlocutionẽ accuſatiuum admittunt: ut,

Nõ ſum id neſcius: id eſt, nõ ignoro.

Cuius generis ſunt & illa:

Eius rei mihi uenit in mentem: id eſt, recordatus ſum.

Et, Id mihi anus indicium fecit: id eſt, indicauit.

Et, Opus eſt mihi hac re.

Pluribus uerbis cùm id, quod uno aut paucioribus certè dici poteſt, explicatur, circuitio eſt, cuius interim ea eſt uirtus, ut uocis, cui reſpondet, caſum admittat.

Turpilius in Epiclero apud Nonium, At enim ſcies, quæ fuiſti neſcius. Cum accuſatiuo, pro eo quod eſt, quæ ignoraſti.

Eius rei mihi uenit in mentem. Genitiuum habet, quòd reſpondeat illi, recordatus ſum.

Terentius in Adelph. Neq; ea immeritò Soſtrata credit mihi me pſaltriam hanc

Emiſſe: id anus mihi indiciũ fecit, Me l'ha baillé à cognoiſtre & entendre. Dicam potius cum Cicerone ad Octauium, Illud uerò quod & præſentis doloris eſt indicium.

Terentius in And. Quid uerbis opus eſt? Qu'eſt il neceſſité

cessité de tant parler? Habet ablatiuum, ut egeo, cui significatione est simile.

In Phormione, Nunquid est, quod opera mea uobis opus sit, Auez uous faulte ou besoing de moy en rien? pro indiges.

Et cùm infinitiuo. Ibidem, Sed opus est mihi, Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.

Et adiectiuè, Dux & autor nobis opus est, Nous auõs faulte d'un conducteur & guide. Ex Cicerone in episto.

Cuius generis sunt & illa, Terentius in Andria, Ah quanto satius est, te id dare operam.

Qui istum amorem ex animo amoueas tuo, &c. Pro eo quod est, te id curare.

Idẽ in Adelph. Id'ne estis autores mihi? Id est, suadetis.

Plautus in Truculento, Quid tibi hanc notio est, inquam, meam amicam? Id est, hanc cognoscis, & eò accusatiuo uerbale iungitur.

Sic Terentius in Eunucho, Quid huc reditio est? Pro, Quid huc redijsti?

Sic dicimus, Cordi est mihi: id est, placet.

Et, Suppetias ferre alicui, id est, auxiliari.

Vt in summa dicam, latius serpit hæc circuitionis uis, in qua circunspecto iudicio opus est.

ABLATIVVS POST NOMEN.

Dignus & Indignus ablatiuum adſciſcunt.

Dignus eſt honore, Dignũ eſt illo.

Dicimus tamẽ, Dignus ut honoreẽ.

Dignus quem omnes honorent.

Et, Dignus honorari ab omnibus.

Cicero de Senectute, præclarum responsum & docto homine dignum, Voyla bien respondu.

Terentius in Eunucho, At tu indignus qui faceres tamen, Vous ne deuiez pas faire cela.

Dignus ut honoretur, Digne d'honneur.

Datur infinitiuo, sed in carmine. Martialis,
Disperéam, si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es, Ie ueux mourir, si tu es digne de deschausser Pylades.

Non perinde usitatũ est, Militia est operis altera digna tui, apud Ouidiũ. & Cicero de Aruspicũ responsis, Et unum esse in hac ciuitate dignum huius imperij, dicit.

Item Vacuus, Onustus.

Vacuus curis, Onustus diuitijs.

Pauper, Diues, Plenus, Inanis, etiam genitiuum admittunt.

Copiæ nomina & inopiæ, genitiuum, siue ablatiuum admittunt.

Quintil. lib. 1. Atqui pleni sunt huiusmodi impedimentis Grammaticorum commentarij.

Plautus in Epid. Plenus consilij es, Tu es homme de grand conseil. Plenus amoris, Fort amoureux. Vergil. Quæ regio in terris nostri non plena laboris?

Terentius in Eunuch. Plenus rimarum sum, Ie ne scay rien celer, ie dy tout.

Sallustius, Ager aridus, & uacuus frugum, Qui n'ha nulz fruictz.

Cicero

Cicero Attico, Sin eris ab isto periculo uacuus, Si tu es forty de ce peril. Vacuus curis, Sans soucy.

Diues agris, Riche en possessions, Ouid. Diues opum, Vergilius.

Cicero Tuscul. 2. O uerborum inops interdum, quibus abundare te semper putas.

Ouidius, Sanguinis atque animæ corpus inane fuit, Sans ame.

PRONOMINVM.

CONSTRVCTIO.

Genitiui primitiuorum.

MEi, Tui, Sui, Nostri, Vestri, genitiui primitiuorũ ponũtur cùm passio significatur: Nam cũ actio, addũtur possessiua, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester.

Lãguet desiderio tui, nempe quo tu desideraris. Fauet desiderio tuo, quo tu desideras.

Item, pars tua, quæ tibi debetur. Pars tui: id est, manus aut pes, corpus, animus.

Imago tua, quam tu possides.
Imago tui, quæ te repræsentat.

Possessiuorũ usum popularis sermo demonstrat. Meus,

 Mien:

Mien: Tuus, Tien: Noster, Nostre: Vester, Vostre. Nisi quòd repetitioni natum pronomen (suus) scrupulum inijcio: quo te lector suo loco expediam.

Plaut. in Persa, Tua merx est, tua indicatio est, Veu que la marchandise est à toy, c'est à toymesme la mettre à pris. Puta tuum est indicare.

Terentius in Phormione, Amicus summus meus, Mon grand amy.

Idem in Adelph. Meus gnatus est domi.

Pars tua, Ta portion, ta part.

Cicero Offic. 1. Ipse ad meam utilitatem semper cum Græcis Latina coniunxi, A mon profit.

Sallust. in Ciceronem, Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer, A grand peine pourroye souffrir les maux que tu dis. Maledicta tua, nēpe quibus maledicis.

Cicero Curioni, Sed quia tua uoluntas ea uidebatur esse: id est, quia sic uolebas.

Idem de Senectute, Mea est descriptio: puta descripsi, Ie l'ay ainsi ordonné.

Plautus in Menæh. Quid uides? Speculum tuum. Quid negotij est? Tua est imago. tam cōsimilis est quàm potest, C'est ta semblance: ut sit possessiuum pro primitiuo, aut codex mendosè scriptus. Nam tua imago est, quam ipse poßides, Qui est à toy: etiam quæ alium à te repræsentat. Tui uerò imago, quæ te repræsentat, Ta semblance ou image faicte à la semblance de toy.

Faueo desiderio tuo, Ie m'accorde à ce que tu ueux, Ce que tu ueux, & moy außi: scilicet quod tu desideras. Vides in his exemplis, si uerbum agentis finitimæ significationis extat, possessiui substantiuum in ipsum solui, quoquo modo actio in possessiuis significatur.

Cicero

Cicero in Paradoxis, Cato autem perfectus mea sententia Stoicus: id est, ut ego sentio, Selon mon opinion, Selon que ie congnois. Interim enim possessionis sensus, alterius sensus est: ut nihil mirum, actiuè & possessiuè in eundem intellectum ferri.

Sed quæ possessio significatur dicenti, amor meus, L'amour que i'ay: ea uolens nolēs deijcior, si primitiuo (mei) possessiuum commutes: ut, Mei amor, Ie suis aymé, ie n'ayme point. Nisi quis cum Ouidiano Narcisso ureretur amore sui Quint. lib. 6. Amor mei uicit etiā matrem suam, I'estoye plus aymé de luy que de sa mere.

Idem, Sed ut aliquid præstaret patriæ utilitas mei: scilicet ut ex me ad ciues meos aliqua manaret utilitas, Que ie puisse porter aucun profit à mon païs.

Tua uxor facit omnibus copiam sui, Ta femme s'abandonne à tous.

Virgo aliquid tui perdes, si studiosis patiētem accommodaueris aurem, Pucelle uous perdrez uostre uirginité, si uous prestez l'oreille aux escholiers.

Sallust. Et quoniam uita ipsa, qua fruimur, breuis est, memoriam nostri quàm maximè longam efficere rectius esse uidetur, Veu que nous n'auons pas long temps à uiure, faisons qu'il soit memoire de nous lōg temps. Memoria nostri profectò dixit, qua alij de nobis recordentur.

Terent. in Adelphis, Tetigin' aliquid tui? Ay ie touché à ton corps? Quæ dicitur pars tui.

Languet desiderio tui, Il ha grand regret. qu'il ne te uoit. Nempe quo tu desideraris.

Cicer. Tyroni, Paulò facilius putaui posse me ferre desideriū tui, sed planè nō fero, Ie pensoye que ton absence ne me fust pas si griefue, mais totalemēt ie ne la puis souf-

frir. Desiderium tui dixit absentiam, qua desideraris uolens nolens, Maulgré tes dens.

Quæ causa est cur in primitiuorum genitiuis paßio significari dicatur. Substantiuis igitur quorum intellectus ab alio quàm à pronominis sensu habetur, genitiuos mei, tui, sui, nostri, & uestri apponimus.

Cicero ad Atticum, *Tui, ait, sermonibus,* Les parolles qu'on dit de toy.

Idem Curioni: Expectationem *tui* cõcitasti, Vous auez esmeu un gros bruyt & esperance de uous.

His subtexam luminis gratia, Quæcunq; dictio uerbalis, aut ei affinis, uerbum deniq; genitiuum exigit, genitiuis mei, tui, sui, &c. (si receptæ consuetudini credimus) gaudet.

Cicero Curioni, *Nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius,* Nous ne scaurions estre plus aymez que de luy. Idem, Ad nos amãtißimos *tui ueni,* Venez à nous qui sommes uoz amys.

Terentius in Phormione: *Nostri nosmet pœnitet,* de quo antè diximus.

Sallustius, *Alieni appetens, sui profusus,* Qui despend son bien prodigalement.

Quintilianus libro I. *Discipuli nimium amantes mei, temerario editionis amore uulgauerant,* De la grand amour qu'ilz me portoyent.

Quod in uniuersum præciperem, nisi ex omni uerborum numero tria, est, interest, & refert, eximi usus suaderet: quorum interest, &, refert, ablatiuos, mea, tua, sua, nostra, & uestra, recipiunt, dißimulato substantiuo (re) *in uerbis interest & refert.* (Est) *autem, posseßiua nominandi casus, meum, tuum, suum, nostrum & uestrum, flagitat.*

gitat. Terentius, Nostrum est intelligere, Il nous appartient le sçauoir. Sed de his satis multa ante dicta sunt.

Aliquoties utrunque coniungitur: ut, Nostra tui memoria, id est, quam nos de te habemus.

Eruditus est sermo, si in eodem membro primitiuum cum possessiuo usurpes, obseruata superiore differentia.

Cice. Cornificio, *Grata est mihi uehementer memoria nostri tua*, Ie suis ioyeux qu'il te souuient de moy.

Idem ad Attic. *Vehementerq; tua sui memoria delectatus*, Il ha esté fort resiouy de ce qu'il te souuiẽt de luy.

Erasmus primo Copiæ, *Idem nostræ tui memoriæ uitæq; finis erit.*

Ibidem: *Non alius nostræ tui memoriæ, quàm lucis erit interitus*, Ie ne t'oublieray iamais.

POSSESSIVA PRONOMINA.

Possessiua, adiectiua sunt, & non recusant aliquando genitiuum.

Mea ipsius causa.

Tua solius, aut unius opera.

Meos flentis oculos.

Vallæ filij, eius sensum hic non satis callent, quare sic habeto: Possessiua, meus, tuus, &c. atq; genitiui primitiuorum, mei, tui, sui, nostri, & uestri, quintuplices genitiuos actiuæ affectionis duntaxat admittunt.

Primo, genitiuos numeri cardinalis, duorum, trium, quat

S'cum genitiuus

quatuor, &c. Liuius, Noster duorum euentus ostendat, utra gens bello sit melior.

Deinde, genitiuos tres, unius ipsius, solius. Cicero, Dico mea unius opera Rempublicam esse liberatam, Par ma seule diligence.

Præterea, genitiuos particularium & uniuersalium, ut omnium, cuiusq; : quibus accedunt, multorum, paucorum. Cicer. 3. de Oratore: Voluntati uestræ omnium parui, I'ay fait le uouloir de tous uous autres.

Quarto, genitiuos participiorum. Cicero Lentulo, Nostram fidem & amorem tui absentis, præsentes tui co gnoscent, Voz amys qui sont icy presens, congnoistront l'amour que ie uous porte en uostre absence. Ouidius, Et nostros uidisti flentis ocellos. Tu dic cum Erasmo, Et meos uidisti flentis ocellos.

Postremò genitiui gerundiorũ, aut gerũdiuorum. Cic. in Orat. Lucium Crassum quasi colligendi sui causa se in Tusculanum contulisse, Comme pour reprẽdre courage.

In quibus exemplis possessiua adiectiua facie, pro primitiuis mis, tis, sis, nostrum, & uestrum, illis adiectiuorum genitiui subseruiunt, substãtiui scilicet parteis agentia: quod prudẽtißimus interpres Valla natura repugnãte fieri scriptum reliquit: cui sententiæ lector facilè accedet, obseruans relatiuũ (qui) ex possessiuis ipsis pendêre.

Cice. Terentiæ, Sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab ijs me amari putabam, qui inuidebant.

Terentius in Andria,

Cùm id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Vbi Vallæ placet relatiuum (qui) antecedens (meas) possessiuum pro

pri

primitiuo (mis) habere, quod & ipse probarem, nisi hoc maiori operi deberetur.

Cæterum alios genitiuos non recusant, qui paßiuè accipiantur.

Cic. Curioni, Et quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit obliuio, Et ueu qu'il ne sera iamais que ie n'aye souuenance des plaisirs que uous mauez fait. Vbi obseruet puer cõtextum illum, meam tuorum meritorum memoriam.

Idem ad Atticum, Vehementerq; tua sui memoria delectatus, Nempe qua de se recordaris.

Alios autem genitiuos, puta actiuæ significationis, in consortio suo non sustinent, quare ne dixeris, Miserere mei peccatoris: sed, Miserere mei qui sum peccator: ubi actio significatur.

In illo Terẽt: i, possessiuũ substantiuum est, Ego meorũ solus sum meus, Ie n'ay amy en ce monde que moymesme.

NOSTRVM ET VESTRVM.

Nostrum & uestrum genitiui plurales gaudent nominibus distributiuis, aut partitiuis: ut,

Nemo uestrum.

Vnusquisq; nostrũ: id est, ex nobis,

Itẽ cõparatiuis & superlatiuis: ut,

Maior uestrum.

Maximus natu nostrum.

Terent. in Andr. Nunquam cuiquam nostrum uerbum fecit, Il ne nous en parla iamais.

Nemo

Nemo nostrum, Nul de nous autres.

Vnusquisque nostrum passus est anginam, Vn chascun de nous ha eu l'esquinancie.

Maximus natu nostrum ibit, Le plus uieux de nous autres ira.

Cicero contra Rull. Maiori uestrum parti. Is est frequentior loquendi usus, quomodo non semper autores locuti sunt: ut Budæus doctißime more suo annotauit in commentarijs Græcæ linguæ.

RECIPROCA.

Sui, sibi, suus, sua, suũ, non nisi reciprocè ponunt: hoc est, ut reflectãtur ad id quod præcesit in eadẽ orationis parte, aut annexa per copulã. Ille sibi placet. Petrus odit suos. Orat ut suo faueas filio.

Reciproca sui & suus cum compositis suipsius, suimetipsius, in usu sunt, quoties tertiæ personæ sensum in ipsam retorquent, Ioannes memor sui.

Sibi benefacit, qui benefacit amico.

Se Petrus diligit. Ille sibi placet, Il s'estime.

Quintilianus lib. 1. Necesse est sibi nimium tribuat, qui se nemini comparat.

Aut in rem personæ tertiæ.

Petrus odit suos, Pierre ueult mal aux siens.

Patrem sequitur sua proles. Ex Vergilio.

Sed cùm lapsus sit facilis, memineris in usu horũ pronominũ, reciprocis locum non esse, nisi cum uerbis personæ

ſonæ tertiæ, aut in eadem orationis parte, aut annexa per copulam.

Orat ut ſuo faueas filio, Il uous prie que uous aydiez à ſon filz.

Terentius, Dicit hera, ſi ſe amas, ut ad ſe uenias.

Niſi orationi participium, nomen'ue intextũ ſit, quod uerbi tertiæ perſonæ intellectum habeat: nam tunc etiam reciproci incidit uſus.

Horatius: Finge ſibi conuenientia cuiq;. Nam ſoluitur ſic: Finge cuiq; quæ ſibi conueniunt.

Cicero de Senect. Athletasq; ſe in curriculo exercentes uideret. Nempe qui ſe exercebãt. quomodo Latinum eſt uidi Petrum memorem ſui: nam rectum eſſet, Vidi Petrum qui ſui recordabatur. Satis enim eſt, ad uerbi tertiæ perſonæ ſenſum reciproca referri. Verbi autem tertiæ perſonæ ſenſum appello participium, nomen'ue ei reſpondens. Quintil. lib. 9. Nam etiam cum iudicium meum oſtendero ſuum tamen legentibus relinquam.

Non defuerunt qui Latinè dici crediderint, Tu uenisti ſecũ: quòd populari orationi affinis ſit, Tu es uenu auec luy. Sic, Ego ueni ſecũ, Ie ſuis uenu auec luy, tanquã Latinam linguã oporteat Gallicæ ſeruire. Quare illud non omittã, in quo uertitur reciproci cardo, Reciproci uſum ſolũ probari, cũ eundẽ intelligimus, qui præceſſit. Quòd ſi aliũ ab eo qui præceſſit, ſignificamus, utimur pronominibus, hic, ille, ipſe: ut, Petrus amat ſe, puta Petrũ ſoymeſme. Petrus amat illũ, ſcilicet Ioannẽ, Iuniũ, Vn autre, non pas ſoymeſme. Hæc inter prima elementa ponenda duxi.

DEMONSTRATIVA.

Demõſtratiua cũ ſubſtãtiuè ponũ

tur

tur, admittūt genitiuū, ut dictū est.

Hoc noctis: Id temporis.

Illud accesit mali.

Plautus in Amphit. Qui hoc noctis à portu ingratis excitauit, Ceste nuict.

Cicero: Ad me uenturos esse id temporis prædixeram. pro eo tempore.

Gellius: Si libri copia fuisset hoc temporis.

Illud accesit mali, Ce mal est uenu de surcroist.

Terē. in Adel. Edormiscā hoc uilli, Ie reposeray ce uin.

In Eunucho: Dij boni, quid hoc morbi est?

IDEM CVM DATIVO.

Idem datiuum adiungit, uel ablatiuum interueniente præpositione.

Idem facit occidenti: id est, quod occidens.

Idem huic, aut idem cum hoc.

Horatius in Arte: Inuitū qui seruat, idē facit occidēti. Qui garde de peril quelcū contre son uouloir, est autant coulpable qu'un meurtrier. Erasmus in Chiliadibus: Eūdem, inquit, cum proximo sensum habet: id est, similem.

NOMINATIVVS POST ADVERBIVM.

En & Ecce demonstrantis, nominatiuo seu accusatiuo iunguntur.

En quatuor aras. Ecce rem.
En lupus in fabula.
En exprobrantis accusatiuo gaudet.
En animum & mentem.

Habent autem inflexibiles partes miram quandam in contextu uim ac potestatem, quam cùm in transitu, uelut aliud agentes, Grãmatici tractent, eorum syntaxis omnes numeros habere non potest. A doctis enim accepimus in earum usu non minus, quàm permutato genere delinqui. Quare altius eius rei ratio repetẽda fuit, unde fundamẽta iaciuntur coniungendarũ uocum, quarum rationẽ fidelis præceptor aperiet: apertam animo infiget puer: infixam imitationi, qua artis bona pars continetur, tradet. En & ecce demonstrantis aduerbia, amant nominatiuum & accusatiuum. Vergil. in Daphnide: *En quatuor aras.* Idem: *En Priamus*, Voyla Priam.

En gladiolus scriptorius, Voicy le ganiuet.

En lupus in fabula, Voicy icy celuy de qui nous parlions. *Terentianum est: ubi is interuenit, de quo sermo erat.*

Iuuenalis: *En habitum.*

Quintilianus: *En improbitas*, La grand meschanceté. *Reprobando enim (en) utimur: ut Cicero pro Deiotaro: En crimen, en causa cur regem fugitiuus, dominum seruus accuset*, Voyla un grand mal.

En animum & mentem, La grand sottise.

Cicero: *Ecce tibi status noster.*

Ecce accusatiuum dare tribuit Plautus in Bacchidib. Ecce, inquit, me.

GENITIVVS POST ADVERBIVM.

Superlatiua genitiuum exigunt.
Pesimè omnium dixit,
Qui omnium optimè fecit.

Quæ suplatiui gradus sunt, à posteriori genitiuis gaudent. Peßimè omniū dixit, Il ha parlé plus mal que tous. Qui omniū optimè fecit, Lequel ha mieux fait que tous. Plin. Lynces clarißimè omnium quadrupedū cernunt.

ADVERBIA LOCI AC TEMPORIS.

Adduntur aduerbijs loci ac temporis genitiui ferme hi: Vbi gentiū.
Eò impudentiæ uentum est.
Quò terrarum. Nusquam gentium.
Huccine rerum uenimus?
Vbiuis, Quouis terrarum.
Eò loci redacta res est. Tūc tēporis.

Loci ac temporis aduerbia in genitiuum feruntur. Cicero ad Attic. Tu autem abes longè gentium. Ibidē, Vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem. Ie ne pouuoye pen ser en quel lieu tu estois. Idem sonat, Vbi gentium.

Cornelius: Ituram quoquò terrarum, En tous lieux que ce fut, En tel païs que ce fut.

Terentius: Te interea loci cognoui. Iustinus: Tunc temporis Cambysi Persarum mediocri uiro, Alors.

Eò impudentiæ uentū est: sermo receptus. pro eo quod est, ad eam impudentiam. Cuiusmodi, Eò loci redacta res est. La chose est uenue iusques à ce poinct.

Persius: Huccine rerum uenimus? Cæsar: Eò discordiæ uentum est. On est uenu à ce debat.

Nusquam gētium inueniri potest, On ne le peult trouuer en nul lieu. Ex Terentio in Adelphis.

Nā minime gētiū, monadicō est: genitiuo festiuitatis causa addito.

Terent. in Phorm. Merito ne hoc meo uidetur factum? D. minimè gentium. Pro eo quod est, Omnium gentium iudicio minimè est factum. si Festo credimus.

PRIDIE, POSTRIDIE.

Pridie calendarum, siue calendas. Postridie eius diei, Postridie quàm discesseras. Postridie quàm uenires.

Aduerbiorum, pridie, & postridie, uaria est syntaxis: nam tum genitiuo, tum accusatiuo seruiunt.

Cicero ad Lētul. Quòd illā sententiā Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, Le iour de deuant. Pridie enim significat præcedēti die: quēadmodū postridie, postero die, Le iour d'apres. Latiusq; patet quàm perendie: quæ uox post cras uulgò sonat ut Postridie Hilaria te uisam, Ie uous iray ueoir le iour d'apres le mardy gras. Titus Liuius: Inde ut postridie Calendas ac Nonas eadem religio esset. Postridie Calendas, Le second iour du moys: ut, Pridie Calendas, Le dernier iour du moys.

Cæsar de bello Gall. Postridie eius diei Cæsar præsidium utrisq; castris, quod satis esse uisum est reliquit. Postridie eius diei, Le iour d'apres.

Est ubi genitiuus desideratur. Terentius in And. Venit ad me Chremes postridie clamitans. Supple illius diei, quo hæc gesta sunt.

Postridie quàm discesseras, Le iour apres que fustes party: peritorum sermo est.

INSTAR.

Instar montis. Instar pecudis.

Aduerbio (instar) genitiuum apponimus.

Vergilius: Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant, Aussi grand que une montaigne.

Cicero, Hexametrorum instar uersuum, Selon la mesure des uers exametres. Hæc enim uox (Valla autore) significat ad æquiparationem, uel ad mensuram.

Nonnunquam tamen similitudinis uiciniæ accedit. Cicero M. Catoni, Frigeranam autem, quæ fuit non uici instar, sed urbis, quod erat Amani caput, Elle sembloit estre une uille.

Item Parum, Multum, Satis, Abunde uini, uice nominum poni uidentur.

Quantitatis aduerbia (satis) & (abunde) genitiuis iuncta nominis officio funguntur. Vergilius: Terrorum & fraudis abunde, id est, abundantia.

Martialis: Ohe iam satis est. In his enim (abunde) & (satis) pro nominatiuis nominum posita sunt.

Cicero de Senectu. Tantum cibi & potionis adhibendum

dum est, ut reficiantur uires, non opprimantur.

Suetonius in Cæs. Potentiæ gloriæq; abunde est.

Idem: Satis testium est à me datum. Plaut. in Milite: Tibi diuitiarum affatim est, Quintil. lib. 2. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen uiua illa (ut dicitur) uox alit plenius, præcipueq; præceptoris. Idem lib. 12. Cum satis in omne certamẽ uirium fecerit. Et lib. 10. Et abunde satis est.

Cicero de Senectute: Minus habeo uirium, quàm uestrum uteruis, l'ay moins de force que le moindre de vous deux. *In quibus exemplis, aduerbium accusatiui partes nonnunquam agit.*

Obuia sunt & aduerbia in naturam nominum uersa.

Cicero pro Cornelio Balbo: Ac si mea autoritas satis apud illos ponderis haberet. Martialis:

Cras te uicturum, cras dicis, Posthume semper:
Dic mihi, cras istud Posthume, quando uenit?

Persius: Iam clarum manè fenestras Intrat.

Quæ omnia genere neutrali adiectiuum asciscunt.

DATIVVS POST ADVERBIVM.

Quædam datiuum admittũt nominum unde deducta sunt. Venit obuiam illi. Nã obuius illi dicitur. Canit similiter huic.

Nam similis huic.

Et, sibi inutiliter. Sedet proxime illi. Propinquius tibi sedet, quàm mihi.

Aduerbia quædam thematis syntaxin imitantur.

Venit obuiam illi, Il est uenu au deuant de luy.

Cicero Appio Pulchro: *An ego tibi obuiam non prodirem? Obuius enim, à quo fonte (obuiam) aduerbium fluxit datiuo connectitur: Ita, Obuiam processi, obuiam misi, obuiam iui, & cum alijs pluribus uerbis, quod docuit Valla, (obuiam) in usu est.*

Eiusdem classis est illud Ciceronis Officior. 2. Etenim quod summum bonum à Stoicis dicitur, conuenienter naturæ uiuere. Id habet hanc (ut opinor) sententiam, cum uirtute cõgruere semper: quod ad Græcam figuram reuocat Budæus in commentarijs Græcæ linguæ.

Ita, Propinquius tibi sedet, quàm mihi, Il est assiz plus pres de toy que de moy. Dixit enim Sallustius: Ille eos in domum Bruti perduxit, quòd foro propinqua erat.

Sic, similiter huic, Semblablement à luy.

ACCVSATIVVS POST ADVERBIVM.

Sunt quę accusandi casum admittũt præpositionis unde sunt, ꝑfecta.
Propius urbem, & proxime castra.

Tam, propius, quàm proxime, sicut prima eorum origo, accusatiuum habent. Cicero ad Octauium: Propius urbem castra mouentur. Plus pres de la uille. Idem pro Milone: Propius deos accessit.

Legitur & cum datiuo. Vergilius: Propius stabulis armenta tenebat.

Propius ad deos, recepta syntaxis: &, Propius à terra.

Cic. pro Ligario: Homines enim ad deos nulla re propius accedunt, quàm salutem hominibus conferendo, Les hommes

hommes ne sçauroyent uenir plus pres de la perfection des dieux, que de sauuer la uie aux hommes.

Idem de natura Deor. *Intra autem hãc propius à terra Iouis stella fertur.* Idem ad Attic. *Tamen esse officium meum putem, exercitum habere quàm proximè urbem,* Tout contre ou ioingnant la uille.

Propius, Plus pres. *Proximè,* Encore plus pres, ioingnant. Sallustius: *Proximè Hispaniam Mauri sunt.*

ABLATIVVS POST ADVERBIVM.

Quæ cõparantur, constructionẽ habẽt comparatiuorum nominum: Accessi propius te: id est, quàm tu. Melius te dicit: id est, quàm tu. Plus quingentis colaphis: &, Plus millies.

Quæ comparantur aduerbia, ablatiuum recipiũt. Cicero de Inuent. *Nihil lacryma citius arescit. Melius te dicit:* Il dit mieux que toy. Quintil. lib. 1. *Hoc amplius intro & intus aduerbia.* Vt alibi: *His amplius,* D'auantage. *Quæ duo pro cõiũctionibus copulatiuis multi accipiũt.*

Columella: *Plus quatuor digitis abruptum est.* Nam (plus) comparatiui nominis uim habet.

Terẽt. in Adelph. *Homini misero plus quingẽtos colaphos infregit mihi,* Il m'ha baillé sur la ioue plus de cinq cens foys. Liuius: *Hostiũ plus mille cæsi, ubi ad constructionis numeros (quàm) aut quid simile subaudiendum.*

Desideratur interim auferẽdi casus. Liuius: *Paulò plus*

uiginti millium alius exercitus fuit. Id est, paulò plus numero uiginti millium. Hoc Budæus.

Audiui plus millies, Audiui plus quàm millies, Plus de mille foys. Nam bifariam effertur cum aduerbijs, Hac de re extat caput elegans lib. 1. Copiæ Erasmi.

PROCVL, & cætera.

Procul dubio, & procul ab urbe. Clam patre. Palam omnibus. Coram omnibus.

Quatuor illa, procul, clam, palam, coram, & aduerbijs & præpositionibus annumerari possunt: sed tunc iure aduerbia censentur, cùm casibus destituta occurrunt. Quæ omnia uetustatis fide non carent.

Tacitus: Nec procul cæde aberant, Il s'en falloit bien peu qu'on ne les tuast. Procul dubio certainement, dixit Quintil. lib. 1. Liuius: Locus procul muros satis æquus agendis uineis fuit. Ouidius: Sint procul à nobis iuuenes, ut fœmina compti. Procul à nobis, Loing de nous.

Aduerbium hic est, ut illo loco, Procul, ô procul este prophani, Tenez uous loing ou arriere.

Coràm, palàm, diuersa huic, neq; dissimilia sunt natura. Terent. in Eunuch. Quæ mihi ante oculos corã amatorem adduxti tuum. Coràm. En presence. (Præsentialiter) in Latinam coloniam deductum nondum est: à qua uoce abhorreat puer.

Vergilius: Clàm ferro incautum superat securus amorum. hic (clàm) aduerbium est, En cachettes.

Clàm me est, Ie n'en scay rien. Cic. Attico: Quinetiam paulo clam eis eam uidi, Sans qu'il sceussent rien. Cui uoci Cicero in Sallustium accusatiuum tribuit, Timens ne

facinor

facinora eius clam uos essent.

(*Palam*) *aduerbium legitur.* Teren. *Sin falsum, aut uanum, aut fictũ, continuo palam est.* Incontinent on le scait. (*Palam*) *enim, manifeste siue in apertũ significat,* Clerement euidemmẽt. *Huic casum addidit Liuius,* Rẽ, *inquit, creditori palam populo soluit,* Deuant tout le monde.

HIC, ILLIC, *& cætera.*

Hic, illic, Istic, Intus, Alibi, Vbi, Vbiq;, Vbicũq;, Vbilibet, Vbiuis, Alicubi, Necubi, Sicubi, Ibi, Inibi, Ibidẽ, referũtur ad quietem in loco.

Sunt, ait Fabius, quædam cognata, ut dicit, id est, eiusdem generis, in quibus qui alia specie, quàm oportet, utetur, non minus quàm ipso genere permutato deliquerit. Et paulò post, Intrò *&* intus, *loci aduerbia: Eo tamen intus, &* Intro *sum, soloecismi sunt. Hactenus* Quintilianus. Quare *his nec statim sese offerentibus utendum, sed subeat ratio collocandi, quam emendatè loquendi regula* (*syntaxin appellant*) *examinat.*

Verbis igitur in loco illa apponuntur:

Hic, Icy. Istic, Ou tu es. *Illic,* Là.

Intus, Dedens. *Interius in eadem re ne dixeris.*

Alibi cœnaui, I'ay soupé ailleurs.

Vbi prandet? Où disne il?

Vbiq; cœli grauitatem facilè fero, En tous lieux ie me trouue bien de l'air.

Vbicunq; docebit Maturinus Corderius, *florebunt bonæ literæ. Vbilibet, Vbiuis habitemus,* Demourons où tu uouldras.

Necubi dormias, me inscio, Ne dors en lieu que ce soit, que ie ne le scache. *Sic prohibendo unico uerbo contentum est: alibi duo postulat. Volo necubi cœnes*, Ie ueux que uous ne soupiez en lieu que ce soit. *Sicubi doceat Iunius, Marius Cumbus eius collega erit*, Si Iunien regente en quelque lieu, maistre Mary sera son associé.

Ibi deperibã Helenã. I'aymoye là une belle dame. *Ibidem*, Là mesme. *Ex hoc loco sequentiũ intellectus patet.*

HVC, ILLVC, *& cætera.*

Huc, Illuc, Istuc, Intro, Alio, Aliquò, Nequò, Siquò, Eò, Eodẽ, Quolibet, Quouis, Quocũq;, Foras, Horsum, Aliorsum, Dextrorsum, Sinistrorsum, Sursum, Deorsum, Vtroque, Neutrò, Quoquouersum, referuntur ad motionem ad locum.

Huc, illuc, & quæ sequuntur, uerbis ad locũ gaudent. *Vado istuc*, Ie uiens à toy.

Venio huc, Ie ne uay point plus loing que icy. *Huc pertinet, Huc spectat*, A ce propos. *doctis in usu sunt.*

Terentius: Eamus nunc intrò, Entrons dedans. *Eamus uerò intus, aut intra, solœcismi sunt.*

*Idem: Exi foras scelest*e, Sortez dehors mauuais garnyment. *Vade autem extra, aut uade foris, aut ad foras, à Latinæ linguæ castimonia abhorrent.*

Deflecte oculos dextrorsum, Regardez à dextre. *Ad locum enim motio est.*

Neutrò me recipiam, Ie n'iray ne çà ne là.

HINC, ILLINC, *& cætera.*

Hinc, Illinc, Istinc, Aliunde, Alicunde, Sicũde, Necũde, Indidẽ, Vnde, Vndelibet, Vndeuis, Vndecũq;, Vtrinq; referuntur ad motũ è loco.

Hinc, illinc, & quæ eiusdem claßis sunt, ueniendi significationem habentibus uerbis iunguntur.

Aliunde uenio, Ie uiens d'ailleurs. *Fabius.* 2. *Non austeritas eius tristis, nõ dissoluta sit comitas: ne inde odiũ, hinc contemptus exoriatur.*

Venio hinc, Ie ne uiens pas de plus loing que d'icy.

Venio illinc, Ie uiens de là. (*Dehinc*) *eius loco, quod ordinis est, non recipitur.*

Venio foris, Ie uiens de dehors. *Venio autem de foris, barbaris relinquito: aduerbijs enim præpositiones apponi non solent. Venio inferne,* D'embas.

Venio superne: quod uulgus dicit desuper.

HAC, ILLAC, *& cætera.*

Hac, Illac, Istac, Aliá, Aliquà, Quà, Siquà, Nequà, referuntur ad motionem per locum.

Hac, illac, &c. transeundi uerbis connectuntur.

Non hac iter fecit, Il n'est pas paßé par icy. *Nam, hac iter facio, per locum significat.*

Transiuit aliâ, Il est paßé allieurs.

Rectà, ad hunc locum pleriq; referunt, Quò tu hinc abis? Rectà Louanium, Tout droict à Louain. *Terentius:*

Cur

Cur non rectâ introisti? Pourquoy n'estes uous entré tout droit? Cicero: Rectâ uenit ad me, Il est uenu tout droit à moy. Quorundã tamen iudicio (recta) hîc nomen est dissimulato substantiuo (uia.) Rectâ qualitatis aduerbium, in eius locum substitui non potest, quo multi abutuntur.

VARIANTIA.

Hæc uariant: Foris cœnat: &, Foris uenit.

Peregrè uiuit. Peregrè rediit. Peregrè abiit. Nusquam apparet. Nusquam discedet.

Loci aduerbia in classes doctè distribuit, capita significationis non præteriens. Nunc affectionis uariæ uerba, usu suadente, quædam recipere idem docet.

Foris cœnauit, Il ha soupé dehors. Foris uenit, Il uient de dehors. Hic motus è loco, illic quietis uerbum est.

Terentius in Phormi. Pericla, damna, exilia peregrè rediens semper cogitet, Qui uient de dehors.

Ibidem in Periocha, Chremetis frater aberat peregrè Demipho. Peregrè abiit, Il est allé dehors.

Peregrè uiuit, Sur les champs. Nam aduerbij (peregrè) trifariam uariat usus.

Terent. in Eunuch. Ille autem bonus uir nusquam apparet, On ne le uoit point en lieu qui soit.

Nusquam discedam, Ie ne bougeray d'icy, Ie ne partiray point d'icy.

QVIBVS MODIS VERborum quæ congruant aduerbia.

VBI.

VBI, POSTQVAM, CVM.

Vbi, Postquam, Cùm, aduerbia temporis interdū indicatiuis, interdum subiunctiuis uerbis apponuntur: ut, Cùm aderit, & Cum uenerit.

Ad contexēdæ orationis rationē & illud spectat, quæ aduerbia in uerba ius habeant scire, ut quorum modum nonnunquam mutent. (Postquam) igitur, tum indicatiuo, tum subiunctiuo connectitur. Terent. Postquā excessit ex ephebis, Apres qu'il fut ia grand. Plinius Natu. histo, Sed siue antequàm uer præuenerit, siue postquàm hyemarit. (Cum) indicatiuo autem frequentius obuium est.

Terent. in Eunuch. Cùm huc respicio ad uirginem, illa sese intereà commodum huc aduerterat, Quand. hic indicatiuo dedit. Idem, Cum ipsum me noris, quàm elegans formarum spectator siem, cum subiunctiuo posuit.

Parem his usum (Vbi) pro postquam habet: cum subiunctiuo tamen admodum raró legitur. Terent. Vbi nos lauerimus, si uoles, lauato, Apres que. Idem in Andria, Vbi te non inuenio.

SIMVL, SIMVLAC, SIMVLATQVE.

Simul, Simulac, Simulatq;, magis gaudent subiunctiuis.

Simulatq; adoleuerit ætas.

Hæc tria, simul, simulac, simulatq;, magis gaudent subiunctiuis, tamen indicatiuum non repudiant, Horat. Simulac durauerit ætas.

Mem

Membra, animumq́; tuum, nabis sine cortice, Aussi tost que tu seras grand. Citra praeceptores ipse te reges. Cicer. Appio Pulchro, Gratissimum mihi feceris, si ad me simulatq́; adeptus eris, miseris, Aussi tost que. Pro Cluentio. Simulatq́; hoc audiuit.

Vatinius Ciceroni, Simul verò semissis homo contra me arma tulit.

VT.

Vt, pro Postquam, indicatiuo gaudet adiungi.

Vt uentum est in urbem.

Vt uentum est in urbem, Incontinent qu'on fut arriué à la uille.

Illum ut primum uidi, nunquam uidi postea, Depuis que ie le uis la premiere foys, ie ne l'ay point ueu. *Plautinum est in Epidico.*

QVEMADMODVM, VT, VTCVNQVE, SICVT.

Quemadmodum, Vt, Vtcunq;, Sicut, utrunq; modum admittunt. Vt salutabis, ita & resalutaberis. Vt sementem feceris, ita & metes.

Quemadmodum, ut, sicut, eodem spectātia, puta, Ainsi comme, *utrunq; modum tum indicatiuum, tum subiunctiuum habere possunt. Vt salutabis, ita resalutaberis,* Selon que tu salueras, on te saluera. *Elegantissima metaphora dixit Cicero, Vt sementem feceris, ita & metes: id est,* reportab

reportabis præmium tuis factis dignum, Tu seras payé selon que tu auras deseruy.

Terentius. Tu tamen has nuptias perge facere ut facis. Quintil. Sed hæc eloquendi præcepta sicut cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad uim dicendi ualent, nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos lexis dicitur, accesserit. In quo genere sermonis bonam partem sibi uendicat illud (Ita).

Plautus. Vtcunq; est uentus, exin uelum uortitur, Du costé qu'est le uent.

QVASI, ET CAETERA.

Quasi, Ceu, Tanquam, Perinde, Acsi, Haud secus acsi, cùm proprium habent uerbum, subiunctiuis gaudent apponi.

Tanquam feceris ipse aliquid.

Quasi non norimus inter nos.

Aliàs copulant consimiles casus:

Noui hominem tanquam te.

Arridet mihi quasi amico.

Tanquam feceris aliquid, Comme si tu auois fait quelque cas.

Terentius in Adelph. Age inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos, Comme si, &c.

Hæc proprio uerbo affixa, subiunctiuis iunguntur. Plinius Natu. histo. Tanquam nesciamus hanc esse solam, Comme si nous ne sçauions pas.

Aliàs

Aliâs similes casus connectunt. Quintil. lib. 8. Comparatio est enim cum dico, fecisse quid hominem ut leonem. Noui hominē tanquam te, Ie le cognois comme ie te congnois. Teren. in Phorm. *Quarum uocum significatio paucis docenda ex Valla est. Velut & ueluti, quasi, tanquā, ceu, imaginem significant. Quod in aperto erit, si soluantur orationes in uerbum subsistendi: ut, Tu irasceris tanquam leo : id est, tanquā leo esses.* (Sicut) *uerò &* (sicuti) *similitudinem innuit, quod indicat uerbū prius repetitū: Irasceris sicut leo: id, est, sicut leo irascitur.* Quint. lib. 5. *Aut siquid titubauerint, opportuna rursus eius, à quo producti sunt, interrogatione, uelut in gradū reponatur.* (Velut) *adhibuit ad signandam similitudinem. ut* Cicero, *Nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur.*

Perinde (inquit Valla) *flagitat post se acsi, uel atq; si, cum significatio eius est ita : ut, Fac perinde acsi tua res esset: id est, ita quasi.* Faites comme si c'estoit uostre affaire. *Cum negatione uerò etiam quàm.* Suetonius *in uita* Domitiani, *Nulla tamen re perinde motus quàm responso. Quòd si non sequatur nec acsi, aut negatio, accipietur pro æque. ut* Plinius Iunior, *Funus* Rufi *clarißimi uiri, & perinde felicißimi. Et pro multum.* Idem Sueto. *in uita* Galbæ, *Quare aduentus eius non perinde gratus fuit,* Sa uenue n'ha pas esté grandement ioyeuse.

NE, NON.

Ne prohibentis, uel imperatiuis, uel subiunctiuis additur.

Ne nega. Ne dixeris.

Non, uerbis imperatiuis nō recte

appo

apponitur.

Hic locus ex 1. Quintiliani sumptus est. Et, ait, (ne) ac (non) aduerbia: qui tamen dicat pro illo. Ne feceris, non feceris, in idem incidit uitium: quia alterum negandi est, alterum uitandi. (Ne) itaq; secundis personis modo imperatiui, modo subiunctiui gaudet. Ne nega, Ne le nye point, confesse le. *Ex Terent. in Andria,* Ne dixeris, Ne le dys point. *(Non) uerò præter imperatiuum, modis omnibus iungi potest:* Non dico, non dicerem, non dixissem, non dicere: *quorum frequentissimum exemplum est.*

NE, AN, NVM.

Ne, cùm est interrogantis, indicatiuum amat.

Superest'ne, & uescitur aura?

Similiter, & An, & Num.

At eadē cū capiūtur dubitatiuè, siue indefinitè, subiunctiuū postulāt.

Vise num redierit.

Nihil refert, feceris'ne an psuaseris.

Ne interrogantis indicatiuo gaudet. Vergilius, Superest'ne, & uescitur aura? Est il encores en uie?

Illud haud quaquā prætereundum silentio, cōiunctioni (aut) interrogando locū non esse, quod docet Quintil. nimirum tantus autor, ut unus pro multis sufficiat. (An) inquit & (aut) coniunctiones sunt: male tamen interroges, Hic, aut ille fecit? Quæ ipsa solutionis uox cū uerbis opinionis & scientiæ indicatiuū amat: sic, Opinor, quòd

m pater

pater aut mortuus est, aut grauiter ægrotat, Ie pense que ton pere est mort, ou bien malade. *Cum uerbis uerò dubitationis aut insciētiæ, subiunctiuum* (an) *admittit.* Ideoq; tu interroga, *Aurum'ne est, an aurichalcū?* Et tu responde, *Nescio an sit hoc, an illud.* Hic peccatur à plerisq; ad hunc modum, *Amo personale, aut impersonale?* Quæ uitiosa oratio, si interroges, orationis munditiem ad hanc formam habet, *Amo personale, an impersonale?* uel, *Amo personale'ne est, an impersonale?* uel, *Amo personale est, nec'ne?* ut Cicero pro Flacco, *Vtrū ultis, prætori Flacco licuisse, nec'ne?* Id est, *licuisse, an non?* Quidam superuacuò addūt alterum (an): sic, *Nescio an uenerit, nec'ne,* dictum enim oportuit, *Nescio uenerit, nec'ne.*

Huic cōfinia sunt illa, an, & num. *Vise nū redierit,* Va ueoir s'il est reuenu. *Nihil refert, feceris'ne, an psuaseris,* C'est tout un, le faire, ou le faire faire. Sed operæpretium est illud audire, Quoties ꝑ negationē interrogamus, subintelligi affirmationē. *Nō ego te spoliaui?* quasi dicat, *ego te spoliaui.* affirmatiuæ responsioni cōuenit (etiā): ut, *Vidisti me hodie? si te uidi,* respōdere debeo, *Etiam,* uel Sic. Plin. ad Tacitū: *Studes inquā? Respondet Etiā.* Qua in re Terētius per (ita) nouo quodā modo locutus, apud quē Simo dicenti Dauo, *Mihi'ne?* Respōdet, *Ita.* Vbi memineris (ne) secūdo loco poni. Monosyllaba autē uox num, subintelligit utiq; negationē: ut, *Num ego te spoliaui?* quasi dicat, *ego te non spoliaui.* Cicc. 4. Acad. *Quid ergo illud ad nos? num nostra culpa est? Naturam accusa, quæ in profundo ueritatem (ut ait Democritus) penitus abstruserit.*

PENÈ ET SIMILIA.

Penè, Propè, Propemodum, Tan-

tum

tumnon, Modo non, unico uerbo, seu alia dictione contenta sunt.

Propemodum insaniebat.

Tantumnon insaniebat.

Modonon montes auri pollicebat.

Sunt aduerbia, quæ rei non planè perfectæ appelles: penè, propè, ferè, & temere cū(non), propemodum, tantumnon, modonon, unico uerbo, seu alia dictione cōtenta.

Hora propè prima, Il est enuiron une heure. (Quasi) in hoc sensu citra uitium usurpari non potest: quæ uox similitudinem dicit. Noue tamen, quasi, pro ferè Suetonius dixit in Caligula, Nono calendas Februarij hora quasi septima cunctatus an ad prandium surgeret, quod annotauit Erasmus.

Penè acta est comœdia, La farce est presque iouée.

Terentius in Phormi. Senem per epistolam pellexit, modonon montes auri pollicens: id est, ferè, Il l'ha par unes lettres fait uenir, luy promettant monts & merueilles. Sueton. in Tyberio, Tantumnon aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit, Presque. Quintil. Hoc triste spectaculum, & tantumnon ipsi qui fecerat: id est, propè est ut ipsi. Qui loquendi modus etiam solùi potest per non solùm, non modo, Quintiliano in delicijs habitus. Tantumnon insaniebat, Il estoit presque hors de son sens.

ADVERBIVM RELATVM NON AD VERBVM.

Aduerbiū aliquoties refert nō ad

uerbũ, ſed ad aliã orationis partem.

Homo egregiè impudens.

Ne parum ſis leno.

Admodum puella. Admodũ anus.

Aliquoties aduerbium adhæret aduerbio.

Non admodũ pulchrè. Parũ lautè.

Aduerbium inde nomen accepiſſe creditur, quòd uerbo iunctum, eius ſenſum planè aperiat: ut, Ei omnia læta precor, quam perditè amaui *Dieu doint tant de bien que ie uouldroye pour moymeſme à celle que i'ay tant aymé.* Quod & eius participio accidit.

Quintilianus, Nihil temere *dictum perit,* Vne choſe *mal dicte ne chet iamais à terre.*

Et adiectiuis nominibus, quæ ſunt affinia: Homo egregiè *impudens,* Qui *ha perdu toute honte.*

Refertur tamen nouitate uetuſta ad ſubſtantiuum epitaſeos. Terent. in Phorm. *Verum ſi cognata eſt maximè, non fuit neceſſe habere.* V bi Donatus, τῷ ἰδιωτισμῷ, *inquit, addidit maximè. nã ſiue cognata eſt, ſiue non eſt, non recipit* τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. *hoc eſt, non dicitur maximè cognata & cognata minime: ſed, aut eſt, aut non eſt.* Ibidem, *Eia ne parũ leno ſies: id eſt, ne ſatis lenonis partes agas,* Garde toy de perte comme un bon maquereau.

Nimium mater eſt, Sa mere le tient trop friand, ou mignard.

Admodũ puella, Fort ieune. *Admodũ anus,* Fort uieille. Cicero de Amicitia, *admodum adoleſcetulus,* Fort ieune.

Ali-

Aliquoties ad aliud aduerbium refertur. Cicero ad Octauium, C. Cæsare fortißimè, sed parum feliciter à Republicæ dominatione semoto.

Admodum pulchrè, Moult elegantement.

Parū lautè me accepit, Il ne m'ha pas trop biē traicté.

DE CONSTRVCTIONE CONIVNCTIONVM.

QVANQVAM, *& similia.*

Qvanquam, Tametsi, Etsi, Etiamsi, frequentius adiunguntur indicatiuis.

Quamuis & Licet subiunctiuis.

Etiamsi cum utrisque cohæret.

Vt, pro quamuis, semper subiunctiuum flagitat.

Serui ut taceant, iumenta loquētur.

Aliquoties ad aliã orationis partem referuntur, non ad uerbum.

Cōplectiť hominē, quãuis malè uolētem, etiãsi pessimè de se meritū.

In coniungendis sensibus peccatur plerunq; à mediocriter doctis: in causa est quòd negligitur coniunctionis uirtus, quæ nisi modò uoces, modò orationis membra doctè uinciat, non uideo quì uitare poßimus illud Ciceronis

conuitium, Scopæ dissolutæ, quiq; suppetat sermonis puritas orationisq; mundities, quod Erasmus grammatica bene fortunante feliciter attingit. Aduersatiuæ igitur coniunctiones, etsi, tametsi, quanquam, etiamsi, asciscunt indicatiuum duntaxat in principio statim orationum, epistolarum, librorum, quum uerbis cohærent. Cicero pro Milone, *Etsi uereor iudices,* Combien que ie craigne. Idem, *Tametsi iactat. ille quidem illud suum arbitrium.* Cicero Attico, *Quam tibi, etiamsi non desideras, tamen mittam. Iunguntur etiam cum alijs subiunctiuis, orationem non inchoantes.* Quintilianus: *Cædi uerò discipulos, quanquam id receptum sit.* Cicero Lentulo, *Quanquam aperte Volcatio assentirentur.*

(Vt) *pro quamuis subiunctiuum habet. Serui ut taceant, iumenta loquentur. Id est, quamuis serui taceant. Non desunt, qui (ut) concedentis pro (posito quod) interpretentur.* Cicero Attic. *Nam quid de me dicam, cui ut omnia contingant quæ uolo, leuari non possum?*

(Quamuis) *uerò & (licet) subiunctiuum sæpius postulant, rarò orationem inchoantes.*

Vergil. *Quamuis multa meis exiret uictima septis, quæ tamen finitis iuncta reperiuntur. Earum omnium redditiuæ sunt, tamen, attamen, sed tamen,* Gallicè, Toutesfoys, nonobstant.

Aliquoties ad aliam orationis partem referuntur, non ad uerbum. Complectitur hominem, etiamsi pessimè de se meritum, Non obstant qu'il luy ayt fait du desplaisir.

NI, NISI, *cum similibus.*

Ni, Nisi, Si, Siquidem, Quòd, Quia, & indicatiuis, & subiunctiuis

adhær

adhærent.

Nisi facies. Nisi feceris.

Quòd bene uales, gaudeo.

Quòd redieris incolumis, gaudeo.

Non quia sic merui.

Non quia sit pauper, sed quòd sit improbus.

Nisi, & ni, utrunq; modum sibi subijciunt. Terentius, *Pamphilam ergo huc redde, nisi ui mauis eripi*, Rend nous icy m'amye, si tu ne ueux qu'on te l'oste par force. Idem, *Non'ne satis est hoc solidum uisum gaudium nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres?* Si encores uous ne m'abusiez de parolles? Fabius libro 11. *Tam firma est, ut non perdat uires suas, nisi adiuuetur asseueratione discentis.* Latinum igitur erit, Vapulabis, *nisi caues*: &, Vapulabis, *nisi caueas.* Sed (*nisi*) *cum uerbo principali indicatiuum magis efflagitat.* Cicero pro Milone., *Nisi fortè putamus dementem Scipionem Aphricanum.*

(Si) *eandem constructionem habet*: Si *illustrantur, si erumpunt omnia.*

(Siquidem) *usum non dissimilem habet.* Quintilianus, *Atq; natura ipsa uidetur ad tolerandos facilius labores, musicam uelut muneri nobis dedisse: siquidem & remigem cantus hortatur.* Id est, quia, quo modo unius uocis *est: aliter (si certè) sonat.*

Idem libro 4. *Quare illud stultissimè præcipitur, quod defendi non potest: silentio siquidem dissimulandum est*

m 4 id de

id de quo iudex pronuntiaturus est.

(*Quòd*) *ad hunc ordinem referendum est, quam uocem causales formulæ recipiũt:ut, Ideo nulli places, quòd tibi nimium places,* Tu desplais à tout le monde, pourtant que tu es trop glorieux. *Ob id te sæpius reprehendo, quòd impẽsius amo,* La cause pourquoy ie te reprens si souuent, est que ie t'ayme trop.

Quòd redieris incolumis, gaudeo. Ie suis ioyeux de ce que tu es retourné sain.

Quòd bene uales, gaudeo, Ie suis ioyeux de ce que tu es sain.

Quòd res tibi feliciter euenerit, lætor, Ie suis ioyeux que ton affaire s'est bien porté. *Sed in proximis orationibus* (*quòd*) ἐιδικῶς *accipitur, quod tamen apud Græcos est usitatius in* ὅτι. *Latini magis gaudent infinitiuis: ut, Lætor rem feliciter euenisse, nisi species præmittatur:ut, Quòd pater reualuit, gaudeo.*

(*Quia*) *ad hanc classem refertur. Quia impensius te diligo, ob id sæpius reprehẽdo.* Non quia sic merui, Non pas que ie l'aye ainsi deseruy.

QVANDO, QVANDOQVIDEM, QVATINVS.

Quando, & Quandoquidẽ, Quatinus, indicatiuũ exigunt, & frequẽter sequuntur causam, cum reliquæ huius ordinis frequẽtius præcedãt. Quoniam mihi non credis, ipse facito periculum.

Ipse periculum facito, quoniam mihi non credis.

Quando, & quandoquidem, quatinus, causalibus formulis admodum eleganter iunguntur, indicatiuum flagitantia: ut, Quando tu me negligis, tui quoq; curam abijciam, Pourtant, que tu me desprises, ie ne me soucieray point aussi de toy.

Cic. de Oratore, *Quæ sunt in hominũ uita, quandoquidem in ea uersatur orator, atq; ea est ei subiecta materia.*

Quintilianus, Quando orator est uir bonus, is autem citra uirtutem intelligi non potest.

Quatinus, eiusdem farinæ est. Quintilianus, Quatinus huc incidimus, paulò plus scholis demus. Quatinus: id est, quoniam.

Ad eundem modum Plin. in Epistol. (*Posteaquã*) *usurpauit. Maneat, inquit, puella, posteaquam sponso iucunda est. Posteaquam mihi non credis, alios in consilium adhibe, Puis que tu ne me crois point.*

QVIPPE.

Quippe itẽ, cũ ꝓpriũ habet uerbũ. Dãda est huic uenia, qppe ægrotat.

Quippe rationis redd. tiua coniunctio, pro quia, certe, uel quoniam, indicatiuum exigit, proprium uerbum habens. Quintil. Quippe id est homini naturale.

Danda est huic uenia, quippe ægrotat, Il luy faut permettre cela, ueu qu'il est malade.

QVIPPE QVI, VT QVI.

Si addideris qui, utrũq; admittit

modum.

Vt qui, plerunque subiunctiuis adhæret.

Non est huic habenda fides, quippe q bis iam peierauit, siue peierarit, Vt qui peierarit.

Quippe cum (qui) sibi comitem adiungit, utrunq; modum tum indicatiuum, tum subiunctiuum habet. Plin. lib. 12. de cappari loquens, Quippe quæ res etiam in desertis agris citra rustici operam conualescit.

Vt qui, forma neq; dißimili, ut hic docetur, pro quia, modo indicatiuo, modo subiunctiuo iungitur: sed cum subiunctiuis frequentius. Terent. in Andria, Deniq; ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam neget daturum.

Non est huic habenda fides, quippe qui peierauit; uel, quippe qui peierarit: siue, ut qui peierarit, Il ne le faut point croire, car il s'est pariuré.

QVI.

Qui, cùm habet uim causalem, semper adhæret subiunctiuo.

Stultus es, qui huic credas: id est, quòd uel quia credis.

Qui in eadem re, scilicet pro quoniam, subiunctiuo semper gaudet. Cicero Tironi, Tamen peccasse mihi uideor, qui à te discesserim, Toutesfoys il me semble aduis que i'ay failly, de t'auoir laißé. Stultus es qui huic credas, Tu es sot de le croire.

VT, VTPOTE.

Vt, & utpote, proprium uerbum nunquam habent.

Odi Petrum, ut in omnes maledicum.

Vtpote in omnes maledicum.

Vt, & utpote, nec relatiuo (qui) neque uoci (cum) connexa, sine ullo uerbo leguntur.

Odi Petrum, ut in omnes maledicum: uel, utpote in omnes maledicũ, Ie hay Pierre de ce qu'il dit mal de tous.

Amo Socratẽ, utpote uirum integerrimum, I'ayme Socrates, car il est fort homme de bien. *(Vt) enim & (utpote) ad formulam causalem referũtur, cuiusmodi sunt quæ proxime attigimus: ut, Odi Dionysium, quippe tyrãnum. Sicut amplector Petrum, ut optime de me meritũ. Tamen (ut) & (utpote) potius aduerbia uidentur pro ceu, aut tanquam, quàm conditionales coniunctiones, aut causales.*

(Vtpote) autem & (ut) sequente relatiuo qui, & proprium uerbum habent, & subiunctiuum admittũt. Quæ ipsa est huius loci ac Vallæ lib. 2. germana sententia, ne quis cũ interprete (quod eius pace dixerim) hallucinetur. Vt ratio nostra probetur, Vallæ uerba ascribã: Huic, puta quippe, similimũ est utpote: præterquàm primo modo, id est, cũ (quippe) sine relatiuo (qui) aut (cũ) legitur. Verba sequentia hũc sensum oculis subijciunt. Non enim, ait, habet suũ uerbum, quale foret; Vtpote id est homini naturale. In cæteris omnibus usum habet similẽ, id est, cum (qui). Quintilianus: Et omnia noua offendit, ut qui solus didicerit, quod inter multos faciendum est. Cic. ad Attic.

Me

Me incōmoda ualetudo, quia iam emerſeram, utpote cum ſine febri laboraſſem, tenuit. Idem ad eundem: *Ea nos, utpote qui nil contemnere ſoleamus, non pertimeſcebamus.*

Non omittendū (ut) ad alios ſenſus accōmodari. Vt nūc *ſunt mores, id eſt, pro huius ſeculi moribus.* Vt *eſt barbarorum ingenium, id eſt, pro cōditione barbarici ingenij.*

Vt non, *pro quin legitur.* Non poteſt *ſtudere opibus, ut animi tranquillitatem non perdat. Id eſt, non poteſt quin perdat, non poteſt niſi perdat, copia eſt.*

Terentianæ *facundiæ illud eſt,* Vt te dij *perdant, pro utinam.*

Et, *ita ut, pro ut, frequens eſt apud* Ciceronem: *Ita ut facis.* Eadem *uox imitatione* Græca, ex *abundanti* (ne) *additur: utne, prone: quod* Terentianæ *caſtimoniæ eſt. ut,* Id *utile, utne quid nimis. in Andria.* Et *apud eundem,* Metuo *ut ferre poßis, id eſt, ne non poßis, metuo.* Vereor *ut pater reſciſcat,* Vereorne *pater reſciſcat,* Vereorne *non reſciſcat, copia eſt.*

Deniq; *finales formulæ,* Vt, *coniunctione gaudēt cum ſubiunctiuo.* Tu *uigilas ut diteſcas,* Tu *trauailles affin d'eſtre riche.* Quintilianus: *In hoc reperta muſica, ut animos delectet,* La *muſicque ha eſté trouuée pour recréer les entendemens.*

Vti & *quo eōdem ſpectant.* Vbi *tacitus nō præteribo* (ut) *uerbis timoris connecti, & rogandi, & iubendi: cui item locus eſt poſt tam, tantus, talis, adeo, tot, ſic, ita, facio, efficio, fio, timeo, uereor, metuo: ut,* Timeone *præceptor reſciſcat.* Aut, *utne reſciſcat, aut, ut reſciſcat:* Quæ *omnia* (quòd) *particulam repudiant.* Nam *timeo quòd magiſter ſciet, ſolœciſmi uitio laborat.* &, Talis *eſt oratio, quòd tædio compleat:* Latinè *non dicitur: ſed,* Lectio *eſt talis, ut tædio*

tædio compleat. In similibus eodem iudicio utendum.

TVM TVM, CVM TVM.

Et tum tum, cum tum, similes modos copulant in uerbis: in declinabilibus similes casus.

Odit tum literas, tum uirtutem.

Amplectitur cum eruditos omnes, tum in primis Marcellum.

Copulatiuæ cōiunctiones, quibus quæ cōiuncta uideri uolumus, cōnectūtur, similes casus asciscūt. Ego & tu patrueles sumus, Nous deux sommes cousins de par le pere.

Nisi aliud uaria uocis syntaxis suadeat: ut, Emi equū talento & pluris. *I'ay acheté le cheual six cens escuz & dauantage.*

Aliquando uoces uinculo carent. ut Quintilianus. *Sunt & alia ingenita cuiq; adiumenta, uox, latus patiens laboris, ualetudo, constantia, decor.*

Orationes quoq; coniunctionibus carent, quæ uirtus, orationis dissolutio uocatur. Cicero contra concionem Metelli, Qui *iudicabantur, eos uocari, custodiri, ad senatum adduci iussit, in senatu sunt positi.*

Fab. lib. 12. *Verum & Marcus Cato cùm in dicendo præstantißimus, tum iuris fuit idem peritißimus.*

Amplectitur cum eruditos omnes, tum in primis Marcellum, *Il ayme toutes gens scauans & principalement* Marceau. *Cum enim & tum copulatiuis coniunctionibus connumerantur. Sed est in (cum) quiddam minus, in (tum) quiddam maius.*

Tum)

Tum) autem geminatum pro (&) copulatiua coniunctio est. Odit tum literas, tum uirtutem: id est, odit literas & uirtutem.

Quàm, nisi, an, præterquàm, parem his usum habent. Claudianus: Quis nisi mentis inops, oblatum respuet aurum? Qui est celuy là, s'il n'est hors d'entendement, qui refuseroit argent? Auarus nulli rei, præterquàm pecuniæ studet, Vn auaricieux ne pense qu'a l'argent. Tam eruditus quàm probus.

Adhæc coniunctiones copulatiuæ modi eiusdem uerba amant, Sedeo & scribo.

Temporis interdum dissimilitudo est. Cic. pro Quintio: Mihi siquid deberetur, peterem, ac iudicio iampridem abstulissem. Hæc frequens emendatè loquētium consuetudo: modi siquidem uarietas tam rarò obuia est, ut aures offendat. Cicero tamen ad Attic. Nusquam, ait, facetius miserrimam uitam uel sustentabo, uel, quòd multò est melius, abiecero, & pro Quintio, & in principio de Amicitia: Cùm sæpe multa narraret, tum memini domi in hemicyclo sedentem, ut solebat, cùm & ego essem unà, & pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè multis erat in ore. Quod Græcis nos debere tradit Budæus in Græcæ linguæ commentarijs.

PRAE

PRAEPOSITIONVM CONSTRVCTIO.

PRAEPOSITIO VERSA IN ADVERBIVM.

PRæpositiones quæ citra casum ullum usurpantur, in aduerbiorum naturã transeunt. Extrà meijte.
An mare quod suprà memorem, quodq́ alluit infra?
Propè adest.

Præpositiones, sine casu p aduerbijs legũtur. Persius, Pueri, hic locus sacer est, extrà meiite, Pissez ailleurs. Persius: Nec te quæsiueris extrà, Regarde tes vertus, non pas ce qu'on dit de toy. Salluſtius: Pauca suprà repetam.

Quemadmodum rursus & aduerbia quædam accedente casu in præpositiones transeunt: ut, Procul, Coram, Clam, Palam.

Præpositionis aduerbijq; mutua enallage est, ac altera pars, altera commutatur: cuius claßis quatuor sentit Erasmus, procul, coram, clam, palam, quæ natura sua aduerbia, accedente casu, præpositiones fiunt. ut Quintil. lib.

lib. I. Singula procul dubio uitiosa.

CASVS PRAEPOSITIONVM.

Quædam accuſatiuũ exigunt: ut, Intra parietes. Extra uallum.

Præpoſitiones accuſatiui caſus ſunt illæ:

Ad. *Terentius in Eunucho: Pulchra quidem, ſed nihil ad noſtram hanc, Ce n'eſt rien au regard de la noſtre. Nam (nihil ad) formula comparationis eſt.*

Apud. Cicero, *Cum apud Pompeium fuiſſem. Vado autem apud te, ſolœciſmus.*

Aduerſus. *Terent. in Phorm. Ego te complures aduerſus ingenium meum menſes tuli. Ie t'ay ſouffert long temps contre ma complexion, ou nature.*

Cis. *Liuius, Cis montes caſtra Ligurum erant, Deca les mons.*

Citra. *Quintil. Cum nec citra muſicen, Grammatice poteſt eſſe perfecta, Sans muſicque.*

Vltra. *Vltra centeſimum lapidem, Hors la benlieue. Digeſt. de officio præfecti urbis.*

Circa. *Plautus: Redito huc circa meridiem, Retournez icy enuiron midy.*

Extra. *Cicero in Parad. Hiſtrio ſi paulũ ſe mouit extra numerum, S'il ha fait une fauſe demarche ou diſcord.*

Intra. *Intra parietes diſceptare. Cicero pro Quintio: Se mettre en arbitrage, en uouloir croire quelcun ſans figure de proces.*

Inter. *Multa cadunt inter calicem, ſupremaq; labra, Ce que l'homme propoſe, Dieu diſpoſe.*

Ob. *Cice. pro Rabir. Mors ob oculos ſæpe uerſata eſt.*

Per

Per. Terentius: *Quod ego te per hanc dextram oro, obtestorq́;.*

Præter. Terentius: *Ita fugias ne præter casam.*

Post. Cicero in Verrem: *Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit*, Depuis que le monde est monde. Terentius in Eunucho: *Hic ego ero post principia*, Derriere l'auantgarde, Derriere les plus forts.

Secundum. Cicero: *Proxime autem secundum deos, homines hominibus maximè utiles esse possunt.*

Supra. Plin. *Cicero supra omnem ingenij aleam positus*, Cicero a surmonté tous les entendemens humains.

Trans. Horatius: *Cœlum, non animum, mutant, qui trans mare currunt*, Mutation de päis ne rend pas les gens saiges.

Infra. Terent. in Eunucho: *Ego te esse infra omnes infimos homines puto*, Ie t'estime estre le moindre de tous.

Prope te sedeo, Ie suis assis pres de toy.

Ante. Ouidius: *-dicíq; beatus*
Ante obitum nemo supremaq; funera debet.

Penes. Fides penes autorē sit: *Vulgò, ad pœnam libri.*

Quædam ablatiuū: ut, Ab urbe.

Quædam utrunque, sed non eodem sensu.

Ablatiuo illa iunguntur:

A libellis, Vng notaire. *A poculis*, Vng botcillier.

A pedibus, Vng paige.

A confeßionibus reginæ, Le confesseur de la royne.

Ab epistolis, Vng secretaire. *Hac enim paraphrasi cognitum magistratū significamus. Vbi subauditur seruus aut minister: ne quis eam circuitionem unius uultus esse*

 cred

credat, quam orationem esse contendimus.

Cum. *Damnum appellandum est, cum mala fama lucrum.*

Absque. *Terentius: Absq; eo esset.*

De. *Quintilianus libro 6. Amantes de forma iudicare non possunt, Amour n'a regard ou elle se met.*

Ex. *Iuuenalis: Lucri bonus est odor ex re qualibet, C'est tout ung, mais qu'on ayt proufit.*

È. *Laborat è capite, La teste luy fait mal.*

Pro. *Quintilianus lib. 6. Pro facto est quicquid uolumus, Ce que nous uoulons est tenu pour faict.*

Præ. *Cicero in Lælio: Præ cæteris floruisset, Sur tout il eust eu la uogue.*

VARII CASVS PRAEPOSITIONVM EARVNDEM.

IN.

In, cum significatur actus in loco, desiderat ablatiuum.

In animo est. In foro uersatur.

In, pro erga, accusandi casum habet. Optimo in te animo.

Item, In, pro contra.

In omnes maledicus.

In, pro ad.

In hoc incumbite. In hoc natus sum.

In mercatum abiit.

Præ

Præpositionum quarundam constructio uariat, sed sensu propè diuerso.

In accusatiuo gaudet, ubi motio aliquò significatur. Cicero Terentiæ: Da te in uiam, Mettez uous en chemin. Terentius in Phormione: Conijciam me in pedes, Ie leur monstreray les talons. Quintil. libro 5. Turbantur enim, & à patronis diuersæ partis inducuntur in laqueum, On les faict trebucher.

Et pro super. Tu in utranq; dormias aurem, N'ayez aucun soucy de cela.

Et cùm uerbis additur, quorum actio in futurum spectat. Terentius: In hunc diem sunt cõstitutæ nuptiæ, Il ha esté ordonné que les nopces se feront ce iour.

Cum pro ad, uel pro. Catullus: In bonam accipias partem rogamus. Nous uous prions prendre en gré. Cicero: Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem, quæ tibi dignitatem & laudem afferat, Trauaillez à cela. Et, In hoc natus sum, pro ad hoc, siue ad hunc finem, oratio Quintiliano frequens. In mercatum abijt, Il est allé au marché. Cicero Offic. 1. Quò cùm tanquam ad mercatum bonarum artium profectus sis, inanem redire turpißimum est. Terentius: Emptos obolo in cœnam seni, Pour le soupper du maistre.

Pro erga, Petrus est optimo in te animo, Pierre ha bon uouloir enuers uous. Tua in me officia infinita sunt, Les plaisirs que uous m'auez faictz, sont innumerables.

Et pro contra. Quintilianus: Nam quidam uehementer in eadem inuehi solent. Ioannes à Vallibus in omnes maledicus, Mal disant à tous.

Et pro ante. Vereor te in os laudare, I'ay honte uous collauder en uostre presence.

n 2 Et pro

Et pro usq; ad. Quintil.lib.12. Nec rursus differendum tyrocinium in senectutem, Il ne fault pas attendre à estre apprentif iusques à tant qu'on soit uieil. Cùm autem significatur actus in loco, uult ablatiuum. Liuius: *In re præsenti disceptarent, Sur le lieu.*

In procinctu est illi uerborū copia, Il est fort prompt. Cicero: *Nam mihi erat in animo mittere ad Dolabellam: id est, uolebam, atq; constituebam. Veteres in hac significatione, Græca consuetudine usi sunt accusatiuo.* Cicero de Lege Agrar. *Aliquando tamen lex in publicum proponitur, On la faict publier. Et in* Parad. *Et ea sentit quæ non sanè probantur in uulgus.* Ita, *In honorem esse, in mentem esse, in potestatem esse, quæ* Gellius *annotauit.*

S V B.

Sub nocte. id est, in nocte.
Sub noctem. id est, instante nocte.
Sub ea. id est, post ea.

Item sub, additum uerbo motus ad locum, accusatiuum exigit.
Sub umbram properemus.

Sub, cum uerbo quietis, ablatiuum requirit.
Sub lodice. Sub umbra.

Sub, cùm tempus aut motum ad rem significat, accusatiuo datur. Cicero de Orat. *Ea quæ sub oculos ipsa non cadunt, Qui sont inuisibles.* Vergilius: *Sub lucem exportant, id est, circiter.*

Idem:

Idem: *Sub noctem cura recurrit.id est, instante nocte.* Nam(*sub*)*significat & paulò ante, uel protinus pòst.* Cicero ad Plancum: *Cùm is frigidas sanè & inconstantes recitasset literas Lepidi: sub eas statim recitatæ sunt tuæ. id est, post eas.*

Sub nocte autem significat intra noctem. Seneca ad Lucilium: *Consilium nasci sub die debet.*

Cum uerbo quietis ablatiuum requirit. Horatius in Arte: *Adhuc sub iudice lis est, Le proces est demouré au croc.* Iuuenalis: *Modo sub lodice relictis Vteris in turba, dessoubz la couuerture du lict.*

SVPER.

Super numerũm ingenuorum. id est, ultra numerum. Super hæc omnia, id est, præter hæc omnia.

Super Priamo, id est, de Priamo. Super arbore sidũt, id est, in arbore.

Super pro ultra, accusatiuum habet. Super numerum ingenuorum. id est, ultra. Vergilius:

Saturno quondam, super & Garamantas, & Indos
Proferet imperium.

Et pro præter. Plinius in epist. *Nam cum uir grauissimus, doctissimus, disertissimus, super hæc occupatissimus.*

Et cum ad locum significat, Desus.

Et inter. ut, Super cœnam.

Cum situm significat in loco, cum accusatiuo & ablatiuo construitur. Vergilius: *Fronde super uiridi.* Idem: *Super arbore sidunt, id est, in arbore.* Suetonius: *Quatriduum super ruptum absumptum.*

Pro de, ablatiuum habet. Vergilius: Multa *super* Priamo *rogitans, super* Hectore *multa.*

TENVS.

Tenus gaudet ablatiuo singulari, genitiuo plurali.

Pube tenus. Crurum tenus.

Sed hæc uidentur ueluti composita, quemadmodum & illa, Hactenus, Eatenus, Quatenus.

Tenus cum additur uerbo multitudinis, res'ue geminas significanti, genitiuum pluralem asciscit. Crurum tenus, apud Vergilium, Iusque aux cuisses. Aurium tenus: Iusques aux oreilles. Nuptiarum *tenus, Iusques aux nopces. Quintilianus libro* 12. Aurium *tenus in usum lingua percepit.*

Eadem præpositio cum cæteris dictionibus ablatiuo gaudet: ut Vmbilico *tenus, Iusque au nombril. Est autem significatio usq; ad.* Apuleius: Pallio *tenus philosophos imitatur, Il ha la robbe d'ung homme de bien, & ne l'est pas.* Vergilius: Et lateri capulo *tenus abdidit ensem, Il luy ha mis l'espee au costé iusque au pommeau.*

Ex eadem *uoce coalescunt illa,* Hactenus, *hac fine:* Quatenus, *qua fine.* Eatenus, *pro intantum Cicero dicit: quæ loci, aut temporis aduerbia sunt. Nam* hactenus, *est usque ad hunc locum:* Quatenus, *usque ad quem locum aut tempus.*

VERSVS.

Postponitur & Versus suo casui,

Romam

Romam uerſus iter eſt.

Verſus ſemper poſtponitur. Liuius: Romam uerſus, Vers Romme. quæ præpoſitio in aduerbij naturam uertitur, quoties alia aaeſt. ut, Ad Occidentem uerſus, Vers ſoleil couchant.

VSQVE.

Vſque, raro ſine altera præpoſitione reperitur, & ſignificat temporis aut loci magnitudinem.

Ad multam uſque noctem.

Ab extrema uſque India.

Vſurpatur & aduerbialiter, pro ſemper, ſiue continenter.

Celſus: Sed ieiunus etiam uſq; ſudorem, Iuſque à ſuer: quæ alteri præpoſitioni affixa, tum loci, tum temporis aduerbium eſt. ut, Hinc uſq; ad ſidera notus. Ex Aethiopia eſt uſque hæc. Et, In flumen uſq;. Ab extrema uſque India. Depuis Indie. Item uſq; aduerbium, ſemper, ſonat. Terentius in Adelphis: Me pugnis miſerum & iſtam pſaltriam uſque occîdit.

A.

A` præponitur dictionibus incipientibus à conſonante.

A` foro, A` caſtris.

AB.

Ab, incipientibus à uocali.

Ab omnibus.

Nisi sunt liquidæ, aut i, cõsonans, Ab Ioue. Ab rege.

ABS.

Abs, incipientibus abs q, & t. Abs quouis. Abs te.

A præpositio consonãtibus omnibus rectè præponitur. A foro uenio, Ie uien de la court.

Ab, duabus solis liquidis I, R, *& I, etiam consonanti. ut Vergilius, Ab Ioue principium musæ. Ab rege. Nullam uerò aliarum consonantium amat.*

Abs autem non solum T, *præponitur: ut, abs te: sed* Q. *Terentius: Abs quiuis homine beneficium accipere gaudeas.*

PRAEPOSITIONES SEMPER COMPOSITAE.

Sunt quæ non inueniantur extra compositionem: Di, Dis, Re, Se, Am, Con: Diduco, Dissipo, Refero, Seiungo, Ambigo, Conuenio.

Quædam præpositiones nisi in compositione non leguntur: Di, Diduco, Dis, Dissipo, Dissiper, Re, Refero, Racompter. Se, Seiũgo, Separer. Am, Ambigo, Doubter. Con, Conuenio, Parler.

CON, PRAEPOSITIO.

Con, ex quibusdam neutris facit tran

transitiua.

Cõminxit lectũ. Conspuit hominẽ.

Concacauit. Compluit.

Conuomuit maritum.

Compositione uariatur genus, Venio neutrum, conuenio te, id est, alloquor, actiuum uerbum dicito. Vergilius: Conuenit Anchisen. Ad hanc formam pertinent, Comminxit lectum, Il ha pissé au lict. Conspuit hominem. Quintil. lib. 8. Sunt & duræ: id est, à longinqua similitudine ductæ: ut Capitis niues, & Iuppiter hybernas cana niue conspuit Alpes.

Conuomuit maritum, Elle ha uomy sur son mary.

D E.

Deijcio: id est, ex alto iacio.

Deamo, id est, ualde amo.

Desipit: id est, sapere desijt.

Deferbuit ætas.

Reclamat: id est, contrà clamat.

Repetit: id est, denuo petit.

Retegit: id est, quod tectũ est, aperit.

Deijcere, letter de hault en bas, Cicero, Si me æditate deiecisset.

Plautus in Epid. Cum illa, quam tuus gnatus annos multos deamat, deperit, Laquelle il ayme iusque à mourir. Hic accrescit primogenij intellectus, quem aliquando præpositio mutat.

Plautus in Epid. Desipiebam mentis, *I'estoye hors de mon entendement.*

Deferbuit ætas, *L'ardeur de son eage est refroidie.* Terentius in Adelph. *Sperabam iam deferbuisse adolescentiam.*

Cic. Lentu. Eius orationi uehementer reclamatum est, On ha fort crié contre ce qu'il disoit. RE *enim aliquando sonat ex aduerso. inde* Cicero *Offic. 2.* Fortunam *reflare dixit, quæ est aduersa,* Contraire.

Terentius in Andria, Hem, repudiatus repetor, Ie suis rappellé.

Iuuenalis, Si tibi zelotypæ retegantur scrinia mœchæ, *S'ilz sont descouuers.* Sic cum omnibus dictionibus clausulam, regimen'ue significantibus, RE *mutat significationem,* Retexere, Desfiler.

DE CONSTRVCTIONE INTERIECTIONVM.

O

O Exclamantis, admittit uocatiuum, nominatiuum, & accusatiuum.

O Dij immortales. O uir fortis. O insignem impudentiam.

Subauditur autem frequēter: ut, Singularem impudentiam.

Interiectio, qui tacitus quidem affectionis sermo est, in casus

casus uarios fertur, ut ô: quod ut dißimiles affectus, ita & casus petit.

Exultantis, *cum nominatiuo. Terentius,* O *uir fortis, atq; amicus,* Que tu es uaillant & bon amy. *Idem,* O *factum bene,* Que c'est bien faict.

Lugentis, *cum uocatiuo. Vergilius:* O *dolor atq; decus magnum.* La grand douleur & le grand honneur que c'est, *Cicero,* O *nox illa quæ tenebras attulisti.*

Exclamantis *cum accusatiuo. Persius,* O *curas hominum, ô quantum est in rebus inane,* Que les gens se soucient de cas. & qu'il y ha de folies parmy le mõde. O *insignem impudentiam,* On n'a non plus de honte qu'ung chien. *Cicero,* O *uariam, uolucremq; fortunam,* Mon Dieu que la roue de fortune se change.

Minimè ignorandum, O *subaudiri, ubi affectus est parum uehemens: ut* Deum immortalem, Mon Dieu, O *intelligitur.*

HEV, PROH, *& cætera.*

Heu pietas, Heu stirpem inuisam.
Proh Iupiter, & Proh Deùm atque hominum fidem.
Hei mihi. Væ tibi. Ah tibi.

Heu dolentis, accusatiuis adhæret. Teren. Heu me miserum, Miserable que ie suis. Heu miseram, Las miserable que feras tu? *Nominatiuo iungitur. Plinius,* Heu dementia, La grand folie.

Proh huc pertinet, quod cum inuocationi Dei seruit, uocatiuo, non accusatiuo iungitur. Cicero in secunda Antonia

toniana, de nece Cæſaris loquens, Quæ *enim res proh ſancte Iupiter, non modo in hac urbe, ſed in omnibus terris eſt geſta maior?* O' mon Dieu. *Vergilius, Proh Iuppiter ibit Hic, ait, & noſtris illuſerit aduena regnis?* Vbi *excandeſcentis eſt. Alibi admirantis, eodem modo conſtructum. Plaut. in Pœnulo, Proh ſupreme Iuppiter, herus meus hic quidem eſt.* Ieſu Maria c'eſt là mon maiſtre.

Connectitur accuſatiuo cum ſignificat implorationem. Cicero in Lælio, Nam quis eſt, proh Deûm atq; hominum fidem, qui uelit ut neq; diligat quenquam, nec ipſe ab ullo diligatur, circunfluere omnibus copijs? Hoc notat *Budæus in Commentarijs Græcæ linguæ.*

Væ imprecantis, datiuo gaudet. Terentius: Væ capiti tuo. Martialis, Væ tibi cauſidice, Malheur te uienne.

Hei lugentis, ſimilem caſum habet. Vergilius, Hei mihi qualis erat, Helas quel il eſtoit. *Et nominatiuum. Terentius: Hei miſera.*

Ah lugentis, ſine caſu. Vergilius dicit, Ah ſilice in nuda connixa reliquit.

CEDO.

Cedò, flagitantis exhiberi, accuſatiuum habet.

Cedò manum. Cedò ſenem.

Cedò flagitantis exhiberi, accuſatiuum petit. Terentius in Phormione, Cedò ſenem, Monſtre moy ton maiſtre. *Idem, Cedò quemuis arbitrum,* I'en croiray qui tu uouldras. *Idem, Quin tu mihi argentum cedò,* Donne moy l'argent. *Cedò manum,* Monſtre la main. *Plautus in Capt. Cedò manum.* Ca, baille la main. A E. *Hem manum,*

num, Tien la uoila.

AMABO, OBSECRO, *& cætera.*

Amabò, & Obſecrò, blandientis: Sodes & Sultis, hortãtis uerba ſunt, & in interiectionis naturam uerſa, quemadmodum & Agè.

Amabò, eiusq; ſenſus Amabo te, *blandientis uerba in interiectionum naturam uerſa ſunt.* Cicero Attico, *Sed amabò, nil incõmodo ualetudinis tuæ feceris.* Mon amy. Idem ad Quintum fratrem, *Amabo te aduola, conſolabor te*, Mon amy haſtez uous de uenir, ie uous conſoleray. Plautus in Rudente, *Quò amabò ibimus?* mon amy ou yrons nous? Obſecrò, *uim candem habet.* Dic obſecrò, Dictes mon amy.

Sodes, Sis, Sultis, *ad eandem claſſem referuntur.* Terent. in Phorm. *Viſamus ſodes*, Allons le ueoir ie te prie. Sodes *igitur*, obſecrò, amabò, *blandientis interiectiones ſunt: ni hortantis aduerbia eſſe mauis, quod lectoris arbitrio liberum relinquo.*

Sis, *ſi uis:* Sultis, *ſi uultis:* Sodes, *ſi audes*, *ſolui ſolent.* In *his tamen omnibus copia eſt. Quorum quidem loco reprehenditur popularis ſermo*, Si placet amice. *Sic*, Audi amabò: *non* Audi ſi placet.

Agè *item*, agite, agedum, agitedum, *enallage afficiuntur*, Aduerbium *enim* interiectione, *ſiue aduerbio hortantis commutatur, tamen cum diſcretione quadam. Nam* agè, *modo ſingulari nectitur.* Terentius, *Agè, ſi hic non*

inſanit

insanit satis sua sponte, instiga. Rarius plurali iungitur. Valerius Flaccus, *Vos age funereas ad littora uoluite syluas.*

Agite: plurali, Vergilius,

Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.

Agedum, utrique. Quintilianus, *Agedum, si uidetur extra portas prospicite.*

Agitedum, plurali. Liuius, *Agitedum ite mecum.*


Age, Agite, Agedum, Agitedum, *Sur, or auant, prenez courage.*

D. Llamando

Diego Baez

3

...nia sunt precepta juris...
alterum non ledere, suum...



i19670643
i1984346x

124

4